& de re iud. in cauſis. ſatis æquè dici poſſet, ꝙ aut præiudicatur ſolum danti reſcriptum, aut alteri, vt primo caſu ſit vera prima opinio, ſecundo ſecunda, & ſecũdum hoc ſt. ibi in gl. in literis epiſcoporum, opinio contraria in literis legatorum. ¶ In gl. ibi [*arbitraria*] Pe. & Arc. dãt ſimilia de ætate poſtulantis. ff. de poſtula. l. i. de numero viij. referendariorum in auth. de refe. in prin. & ibi ſecũdum. B. & Compo. dicit hoc æquius & verius, licet aliq contra, & in fi. idem Innocen. & Ioã. Mo. & Hoſtien. ponit exẽplum, quando epiſcopus ſuper limitatione conuenitur, vt vnus de quatuor, quam cauſam ſine capella no ſuo tractare non poteſt. ¶ In gloſſ. [*ſcilicet illorum*] ibi Innocen. & Compo. reddunt rationem, quia citatoriũ primi citari multis poteſt eſſe occultum, & ibi ſatis credo, idem Archid. & Hoſtien. fatetur hoc eſſe de mente, vnde ſufficere debet. conſuluit tamen, quia facile cõtra impetrantes interpretamur, quod mens & verba ſeruẽtur. pro gloſſ. facit, ꝙ præſumitur pro ſcriptura tabellionis. ʒ. de præſcrip. ad audientiam. Item facit. ff. de excuſa. tuto. ſcire. §. ſcire. cum ſequentibus, ibi & de expreſſis ita ſtabat Compo. an expreſſo in reſcripto citatorio ꝯpetat exceptio, ꝙ conueniendi per clauſulam non fuerũt expreſſi. & ſi ille dicat, nolle ſe alios conuenire, dicitur, ꝙ nõ competat, ſatis eſt enim, quòd ſibi præcluſa eſt via ad alios conueniendos, & perdidit vires clauſulæ, dicebat ipſe contrarium per extrauag. Alexan. quia per illã, quæ volebat, nomina exprimi, & ſi vnum tantũ ꝯuenire volebat, ſed illam decre. non habemus, & vide Spe. de citatione. §. j. verſic. item quod per clauſulam. Quare videtur, ꝙ ſi etiam per clauſulam vnum conueniat, & aliorum nomina non exprimat, ex quo dicit ſe plures conuenire nolle, teneatur citatus comparere & reſpondere. Tamen, prout dicit Compoſt. caute feciſſet iudex non citando, niſi vel fieret expreſſio, vel renunciaret cõuentioni aliorum, & hoc in citatorio exprimere debuiſſet. Item prout dicebat Hoſtien. expreſſio talis petenda eſt per iudicem, ad quem plus, quam ad partem ſpectet omnem adhibere cautelam. ff. de iudi. ſi prætor. vnde ſi ſubdelegat, faciat prius exprimi noĩa, & illa inſinuet ſubdelegato, nec prius ſubdeleget, vel alias procedat, ꝗ fiat expreſſio, vel renunciatio. Et ibi [*uenerialis*] quæ eſt tertia. & ibi [*ſecundum Ber.*] idem Ioan. mona. & Archi. & in fi. vide alias quæſtiones circa hoc in Spec. de cita. §. i. ver. item ꝙ per clauſulam, & in duobus ſequẽtibus. ¶ In glo. & cognomina. in fi. dicit Franci. in odium reſcriptorum, ꝙ circumlocutiones etiam certas ſine nominibus non ſufficeret exprimpere. ¶ In vlti. gloſſ. ibi [*reprobari*] & eſt hoc in odium impetrantium, qui debuerunt deliberaſſe, & eſſe inſtructi prius, allega. iij. q. iij. ſpacium. C. de tempo. in integ. reſti. l. petendæ. ff. de doli excep. l. purè. §. fina. ff. de calum. l. annus. Et ibi [*ſpecificauit*] ſupple ſine proteſtatione. Et ibi [*non poterit*] hoc verum, niſi errore probabili deceptus fuiſſet ſecũdum Archi. qui ſatis de hoc no. ʒ. eo. gratia. ut ibi dicam. dicebat hic Hoſtien. ꝙ acceptans non variat, ſi acceptatum cõſequi non potuit. ʒ. de conceſſ. præben. quia cunctis. §. penul. ſed ſi conſequi non potuit, vt quia alius habẽs priores litteras illud acceptauerat, vel acceptauit non vacãs, quia talis acceptatio non tenuit, variare potuit, & aliud acceptare, alle. ff. de op. leg. l. ij. & quia cum effectu ſumẽda ſunt verba, de cleri. non reſi. relatum. Caueat tamen ſibi talis, quòd per ſententiam ſuccumbat & ſine colluſione. nam ſi colluderet, non prodeſſet, ſed obeſſet. ʒ. de collu. c. ij. & ſi compromitteret, vel alias componeret, imputaretur ſibi, nec poſſet aliud acceptare. ʒ. eo. ad audientiam. ff. de euic. ſi dictum. §. ſi compromiſſero. Ego credo, ꝙ etiam ſine ſententia, potiſſime ſi proteſtationẽ fecit, vt eſt moris. Si videns errorem & beneficium alij debitum, illud omittit, & aliud acceptat, valet acceptatio. facit, quod no. Compoſt. ʒ. eo. capitulum. circa fi. verſi. ſed quid ſi non valeat, & vltra medium. verſi. item ꝙd ſit collatio. & quod ſcripſi de offi. dele. in literis. nam & in caſibus commendatur, qui ſententiãm nõ expectat, de præbendis, ſi beneficia. facit. ʒ. de elec. ca. pen. non obſtat, ꝙ de euic. nõ agitur, niſi poſt ſententiam. C. de euic. l. iij. quia illa actio competit contra actorem, a quo emptor cauſam habuit, hic non. Item ibi denunciare tenetur, ꝙ defendat, alias nec ſufficeret ſententia. ʒ. de empt. & ven. c. fi. Iſte vero, cum quo nũc litigat, nil denunciare tenebatur, ſed oportebit eum nũc fidem facere, quod beneficium illud ſibi non debebatur, ad quod onus vitandum expediens fuiſſet ſententia, quæ tamen nec iuuaret, ſi ipſius contrarium probaret, nam hæc contra venditorem ſufficit emptori ſententia, quæ per iniuriã vel imprudentiam lata eſt, vt in prædicta decre. vl. cum concordantijs.

ADDITIO.

a ¶ Nominatum. Adde Bar. in l. j. §. fi. in j. q. ff. a qui. appel. non licet, & in l. j. verſi. ſi vero quæritur. ff. de conſu. princi.

SVMMARIVM.

1 *Induſtria dicitur frequens exercitium circa rem honeſtum.*
2 *Ius additum vel interpretans habet locum in his caſibus, quibus vetus vel interpretatum.*
3 *Iudicium non eſt idem in cauſa principali & in cauſa appellationis.*
4 *Conſeruatores non habent iudiciariam cognitionem, niſi oriatur ex aduerſarijs exceptio.*
5 *Actor an poſſit lite finita conueniri per literas impetratas a reo ad alios iudices lite pendente.*
6 *Forma edicti quod quiſque iuris, habet locum etiam in actionibus poſtea quęſitis.*
7 *Res, de quibus agitur, quando ſunt in eodem territorio ex æquitate c. diſpendia litium erit idem in realibus.*
8 *Conſtitutio an ſit ſeruanda in rebus, vbi eadem eſt æquitas.*
9 *Reſcripta duo impetrans ad diuerſos contra vnum ſuper duabus parochialibus, ſed ſolum vtitur uno, & lite finita poterit uti alio.*
10 *Reconuentio non procedit in cauſa, de qua iudex conuentionis iudicare non poſſit.*

CAP. III.

DISPENDIA litium. [*Aequitas*] de hac vide ʒ. de tranſ. c. fi. [*compendio*] i. breuitate releuãte partes a laboribus, & finem litibus imponente, ſecundum Hoſt. Io. mo & Archi. Induſtria: ideſt cura, labore, vel vigilantia, & dicitur
1 † induſtria frequẽs exercitiũ circa rẽ honeſtam. Archid. [*coarctare*] ideſt reſtringere. Hoſt. vide, quod poſt Valerium dixi, de fide inſtru. cum Io. ad finem. ver. non obſtante [*perſonales*] vide quod dixi. ʒ. vt lite non cont. quoniam. §. in alijs. in prin. Fran. Vercel. hic exemplificat perſonales, quæ dicunt ꝑſonam obligatam ex contractu vel quaſi, ex maleficio vel quaſi. inſti. de act. in princ. de primo dat exemplum in mutuo, venditione, locatione, conductione, verborũ & literarum obligatione. de ſecundo in actionibus negotiorum geſtorum, tutelæ & ſimilibus, de tertio in actione furti, damni dati, rapinæ & iniuriæ. de quarto in iudice male iudicante, in proijciente de cenaculo, quod nocuit, patent hæc, inſtitu. de obli. & rubricis ſeq. [*quæſtiones principales*] ſi enim altera eſſet appellationis, fieri poſſet eodẽ tẽpore conuentio corã diuerſis, ſm Inn. & Cõpoſt. quod probat Io. mo. quia hæc decre. addit ad grego
2 rianam. ʒ. eo. c. fi. quæ loquitur in principalibus † ius aũt additum vel interpretans his caſibus locum habet, quibus ius vetus, vel interpretatum. ff. de pact. dota. Inter ſocerum. §. cũ inter. in auct. de filiis ante dot. in. na. circa finem, coll. iij dicit etiã hoc patere in appellatione ante diffinitiuam, in qua ex euẽtu iudicij pendet, an ſit iudex is a quo vel is ad quem appellatum eſt. ʒ. de appell. vt debitus. vnde cum non appareat quis eorum ſit iudex ad alterum non põt impetrari. In appellatione a diffinitiua idem, cum non directe de principali quæſtione, ſed an bene, vel male fuerit iudicatum, agatur ibidem. C. de appel. eos. inducit. §. reus, ibi, eodem durante iudicio,

† ſed

3 †ſed in cã principali & appellationis nõ eſt idem iudi
ciũ,quia diuerſus modus petendi diuerſos proceſſus.&
hic diuerſificant iudicium inter eaſdem perſonas. ĩ. de
teſt.veniens.ij.cum concor.[*ad diuerſos*]ſimile de cã poſ
ſeſ.c.j.C.de iudi.nulli. vbi poſſeſſionis & ꝓprietatis cau-
ſæ non debent ſimul diuerſis committi, concor.ff.de q-
bus re.ad eundem iudicem eatur.l.j.& ij.per quæ iura te
nuit Bartho poſt Hugo. in veneri.ix.ad quem Guil. re-
mittit in Spec.ii.i.§.viii.ver.quid ſi princeps,ꝙ ſi ſimpli-
citer cõmiſſa eſt cauſa inter tales,& actum eſt crimina
liter,lite finita poterit agi ciuiliter ex eadẽ cauſa coram
eiſdem,alleg.ẽt de don. inter vi.& vxo.cap.iii.& C.quã-
do ciuilis actio.l.j.Goff.contra in ſua.q.xx. & Dama.in
q.j.de reſcriptis. per decreta.in literis.de offi. dele. dictũ
Goff.maxime procedit,cum abſolutus fuit reus,quo ca
ſu ſm Placen.& alios etiam coram ordinario alio iudi
cio agi non poſſet.Accur.contra in prin.vltimæ glo.C.
quando ciuilis actio.l.j. & ibi vide plene per Cy. ſub iij.
quæſtione & ſequentibus[*ad eoſdem*] quid ſi contra hãc
decre. impetrauit ad diuerſos diuerſa reſcripta. ſed om-
nes committũt vni.& de hoc in Spe.de reſcri. poſſunt.
§.fi.ver.quid ſi is qui.& tenet, quod ibi ſcripſi[*literas*] di-
cunt Inno.Compoſt.& Fran. Vercel.ꝙ literę conſerua
torum,vel proceſſus per ipſos habiti non impediunt li-
teras obtentas in forma communi,ſiue literę in forma
communi præcedant, ſiue ſequantur conſeruatorias
4 etiam inter eaſdem perſonas impetratæ,quia† conſer-
uatores non habẽt iudiciariam cognitionem, niſi oria
tur ex aduerſariis exceptio.hæc intelligas per ea quæ di-
cam.ĩ.de offi.delega.ſtatuimus.ſuper ver.nec ad alia.Ea
dem ratione tenent Inno.Ioan.mona.& Archi.hoc lo
cum non habere in literis executoriis vel conſeruato-
riis,remittit ad prædi.decre.ſtatuimus. Tenent etiam ſi
pendente noua quæſtione perſonali ſuper appella.ante
ſententiam per impetrantem grauatum.ille poterit ſu-
per alia perſonali, quam voluerit, nec habebit neceſſe
impetrare iudicem appellationis, nec iudicem cauſæ
principalis.Inducunt,quod dixi.ſ̃.in glo.principales[*Im
petrare*] a papa vel inferioribus ordinariis ſm Inn.Vin.
Abba.in Spec.de reſcrip.poſſunt.§. fi.ver.Item ꝙ ad di-
uerſos.& ibi ver. ſequen. vide alias quæſtiones ad mate-
riam[*valeat*]ipſo iure.Ioan. mona.[*per eoſdem*] primas
vel ſecundas.P.Abb & Archid. Et not. Abba. legitime
factum vitiari propter ſuperuenientem caſum. con-
cor.ſ̃.eo.ex tenore.[*durante*]ſecus ſi finitum eſt,vt hic in
5 nuitur.Hoſt.† An vero lite finita poſſit actor conueniri
per literas impetratas a reo ad alios iudices lit.pen.vide
in Spec.de reconuen.§. j.ver.quid ſi ipſe, & ſcripſi de re-
ſcri. paſtoralis.in glo. ſi ſuper.in fi.[*obnoxium*] actione,
quæ ſibi competeret tẽpore impetrati reſcripti ab acto-
re ſm Dama.in quæſtione. xij. de reſcriptis. in contra-
rium allegabat, quia non plus tenetur procura. quam
dominus,niſi in ſatiſdando.ff.de procura.ſed hoc.§. de
fendere. ſed procurator cauere tenetur defendendo
actorem,ſi reus eum reconuenire velit.eod.titu.ſeruo.§.
ait prætor. fortius ergo & dominus reſpondere tenebi-
tur.& l.omnium.eo.titu.dicit ꝙ reconuentus omnium
actionum nomine defendere tenetur,qui omnia dixit,
nil excipit.xix.diſtin.c.j. bene facit. ff. quod quiſque iu-
6 ris.l.iii.§.pen. vbi pœna † edicti, quod quiſque iuris ha-
bet locum etiam in actionibus poſtea quæſitis.Item nõ
reperitur reus prohibitus reconuenire ſuper ortis poſt
datam reſcripti,ergo permiſſis,eo.tit.l.minus.tenet pri-
mum,alleg.ff.de neg. geſt. nam & ſeruius.§.ſi viuo. vbi
gerens negotia noua inchoare non tenetur,dicit etiam
præ.l.omnium.non intelligi de futuris, vt etiam ibi no.
vbi vide reſponſionem ad præ.§. penulti.& ponderan-
dum eſt tempus datæ. ſ̃.eod.titu. eam te. ſic & ſtipula-
tio damni infecti non pertinet ad ædes poſtea acquiſi-
tas. ff. de dam. infec. damni. §. ſi is.fatetur tamen cum
Azone, quod etiam ſi nulla competebat actio, ex quo
non fuit repulſus, ſi poſtea incipiat competere, feretur
pro eo ſententia,per.l.ſi rem alienã.ff.de pignora. actio.
facit.ſ̃.de re iudi.abbate.& quod ſcripſi.ſ̃.e.c.vltimo.ſu-
per verbo exortæ.æquitatem habet hoc dictum, vt vni-
formis ſit virtus reſcripti in actore & reo.& vt tanto mi
nus per reſcriptum pręiudicetur ordinariæ poteſtati,de
cre.tamen vlt.ſ̃.eo.ſolum in ĩpetrante loquitur.& vide
quod dixi in Specu.de reſcrip præſen. in fine.[*reconuen-
tionis*]de qua cognoſcit vt delegatus ſm Hoſtiẽ.de hoc.
ſ̃.de offi.deleg. P. & G.tractat etiam hic Hoſtien. an de
crimine reconueniatur clericus corã iudice laico,quod
dixi de mu.peti.c.j.in glo. reconuentio. vltra medium,
ver.vtrum autem laicus ſeruo,de ſuo enim non de alie
no debet quis contendere.ff.ſi vſuf.pe.l.vtifrui.i.reſpon.
Ioan.mon.¶ Prima gl.ſummat & exponit princ.¶ Gl.
quaſi ſecus. notat a contrario, & quatuor diuerſitatis
rationes reddit, contra vltimam remittit. ¶ Glo.ſed ſi.
obiicit,& ſoluit.¶ Glo.quid ſi.quærit & remittit ¶ Glo.
in hoc quærit, arguit pro,& ſoluit contrarium ¶ Glo.
forte. ponit quæſtionem, quam alternatiue ſoluit.ſecũ
do quærit,arguit pro,ponit ſolutionem.B. cui dubitan-
do reſiſtit.¶ Glo.forte eſt.obiectionem ſoluit.¶ Glo.vl-
tima exponit & de quæſtione remittit. ¶ In glo. quaſi
ſecus.ibi[*cum prætor*]vide ſ̃.de vſu. quando ſuper prima
glo.& ibi [*ſi legatum*] per editionem teſtamenti proba-
tur legatum.¶ In glo,ibi [*hic dicit*] & ſunt duæ partes. in
prima conſtitutionis cauſa. in ſecunda conſtitutio ibi,
decernimus.ſecunda facit duo.primo prouidet de acto
re,& contrafacienti triplicem pœnam imponit.ſecun
do de reo, in quo vnum excipiens pœnam repetit ibi
reus quoque. [*Et in fin.*] per quod exponit Hoſtien. di-
ſpendia.i. grauoſa diffugia. vel dic ſecundum Archi. i.
damna. vel. i. diſpendioſas dilationes ſecundum Ioan.
mona.alle.ff.vt le.no. ca.l. etiam.in princi.¶ In glo. iii.
ibi[*proœmio*]huius libri,bene facit proœmium clemen.
¶ In glo. iiii.ibi [*non valeat*] dicit Hoſtien. ꝙ in hoc po-
tius declarauit,quia illud erat de mente.¶ In glo.ibi[*rea
libus*]idem Francit.Compoſt.& Archi. & ibi[*dilectus*]li-
cet ſuper illo poſſit coram ordinario domicilii conue-
niri,vt ibi dixi ſuper glo.ij.& nota.de foro competen.c.
fin.& ibi[*quam in illis*] Item oportet interdum rẽ ſubii-
ci oculis.ff.fin.regun.ſi irruptione.& dicet litigatores eſ-
ſe vicinos.ff.de cen. l forma. ſm Inno. dicit Compoſt.
ꝙ quia illud vitium plus in perſonalibus frequentaba-
tur ideo de illis prouiſum fuit. ff. de legi. nam ad ea.di-
7 cit Hoſtien.Ioan.mona.& Archid. † ꝙ vbi res, de qui-
bus agitur, ſunt in eodem territorio, quod ex ęquitate
huius capituli erit idem in realibus,vt ſicut vnus eſt or
dinarius illarũ, ita ſit vnus delegatus. vnde dicebat Ho-
ſtien. hic,& ponit Archi. ꝙ vtriuſque neceſſaria erit di-
ſtinctio,an fiat bona fide,vel mala.Si bona fide, vt quia
Italicus,qui vnum contractum fecit in Italia,alium in
Anglia, vtrobique vult habere iudicem, cui hoc expe-
dit,quia difficile foret ad remotam regionem ducere te
ſtes contractus. ſ̃. de fideiuſſo. c. ij. & iii.& econtra, vbi
contractus facti ſunt,vel res ſitę in eodem territorio,vt
dixi.& hoc voluit decre.nonnulli.quæ dicit ſub vno in-
dice poſtquam tractum commodius, alleg. ff. de legi.
non eſt nouum.& leg.ſeq.ff.de teſtibus.l.quęſitum ſcio.
Remittit ad ſum.eod.titu §.ꝙ cui præiudicet.ſub.§. vbi
autem vtraque. verſi.ſi idem. & in ſequentibus. pro his
8 facit.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſta.l.fin.confiteor†ꝙ in re-
bus vbi eſt eadem æquitas, conſtitutio eſt ſeruanda,ſed
nego pœnam locum habere, ſi conſtitutio non ſerua-
tur,per regulam.ſ̃.c. ſuam.de pœnis,cũ concor. ¶ In gl.
ſed ſi reus.ibi[*ſit illi*] hoc verum,ſi recuſetur, & coram
arbitris grauamen probetur, vt ibi ſatis dixi ſuper vni-
ca glo. Abb. autem dicit hic, quód decre. ad hoc & ſi-
milia iura loquuntur in cauſis mouendis iam non mo
tis. allegat de appella. ſuper eo. quia vna perſonalis po-
teſt ſine reliqua terminari. ergo non impediet appella
tio. vt ibi fatetur,quod glo. ibi ſentit contrarium, & ibi
ſecundum Ber.& Hoſtien.& ibi [*impetrare*] Hoſtien. di-
cit

cit hoc caſu iudex appellationis de omnibus cognoſcet ratione connexitatis, argu. ſ. de conſtitu. tranſlato. de offi. delega. prudentiam. §. penulti. & præallega. facit, quod de reconuentione ſcripſi, de mutu. pe. c. primo. ij. glo. reconuentio. verſicu. coram iudice. ¶ In glo. & ſic ibi, [*licet quidam*] dicit Hoſtien. in Specu. dicit Archi. forte opinio. Ber. veram, cum tempore primæ impetrationis omnes quæſtiones erant exortæ, alias ſit vera opinio contraria, nam vt dicebat Hoſtien. abſurdum eſſet, ꝙ ſi impetraui iudicem contra te perpetuo alium quã illum impetrare non poſſum contra te, per quod videtur inter nos ordinarius. ¶ In gl. quid ſi [*in fine*] vide omnino, quod ſcripſi ſuper glo. prædicta, tenet hic Ioan. mona. etiam in duobus ordinariis hanc decre. locum habere, ſi concurſum habeant in iuriſdictione, ponit exemplum in Remen. archiepiſcopo. & Archi. alleg. ff. de offi. conſul. l. vna. inducit identitatem rationis, facit de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. & Libi alle. Arch. contra vide quod hic ſcripſi ſuper v. glo. in fine. ¶ In glo. cum effectu. in fin. & Compoſt. Pe. De. Ioan. mona. & Franciſ. plus dixit Guil. in Specu. de reſcrip. præſent. §. fi.
6 ver. quid ſi ſuper. † ꝙ impetrans duo reſcripta ad diuerſos contra vnum ſuper duabus parochialibus, ſed ſolũ vſus eſt vno, illa lite finita poterit vti alio. Hoſtien. contra, qui dicit, pœnam hanc locum habere ex ſola impetratione, etiam ſi reum non traxerit, dummodo de ipſa conſtare poſſit. ſi. ſ. eod. ex tenore. & idem Arch. Ber. ſic loquitur, ꝙ quid teneat, non apparet. ¶ In glo. in hoc, ibi [*videtur quod ſic*] quod placet Compoſt. ſ. eo. ſuper literis. in glo. hic quæritur, poſt principium. & Ioan. mona. dicit hic, æquum in odium negligentis huius conſtitutionis beneficium. notant etiam hic rationabilius ſibi videri, ꝙ hoc caſu bene teneat ſententia lata pro reo, cum fauore ipſius & odio impetrantis conſtitutio iſta manauerit, argu. C. de procura. non minus. facit, quod no. vt lit. non conteſt. quoniam. ver. vel ſaltim. & hoc placet Fran. in reo præſente & tacente. Innocen. contra, & Archi. vt ſequitur [*& in fi.*] idem Hoſtien. & Archi. dicebat enim Hoſtien. ꝙ cum literæ ſint nullæ, validari non poterant de conſenſu partium. ſ. de elec. auditis. ſicut nec finita iuriſdictio validari poteſt de ipſarum conſenſu, de offi. deleg. ſignificantibus. vbi vero tenerent literæ, vel iuriſdictionem darent, quę poſſet elidi per exceptionem inductam pro commodo priuato, ratificatio fieret per conſenſum, ſecus ſi pro commodo publico. de foro competen. ſi diligenti. ſed Innocen. videbatur velle, ꝙ licet non ſufficiat tacitus conſenſus partium, valeret expreſſus, quaſi primo caſu videatur ignorare, vel errare, vel vereri, vel timere iudicem. quando vero expreſſe id agunt, videntur prorogaſſe iuriſdictionem, potiſſime cum per literas videatur aliqualis iuriſdictio dari. ſ. c. cæterum. Et placet Fran. & Compoſt. ſed Innocen. fatetur, ꝙ graue eſt hoc defendere, ꝙ hoc poſſit expreſſe fieri & non tacite. & Archi. etiam id probat, & alleg. ſ. de pœn. ſuam. ſecundum vnam lec. quam ponit ibi Hoſtien. ¶ In glo. de hoc. in fine. alleg. Hoſtien. eo. tit. c. fi. de do. & contu. c. ij. & c. finem. de ma. & obedien. c. fin. de appella. vt debitus. ¶ In glo. forte. ponit ibi. c. j. hoc adde, & vide, quod ibi dixi ſuper ver. incontinenti. & ſuper glo. j. & quod nota. in cle. de verb. ſignifi. ſæpe. ver. verum. in glo. nota. contra. Et ſcias Franciſ. hic dixiſſe. reprobari opi. Ioan. & Azo. qui dixerunt, reconuentionem in principio litis, vel ſtatim poſt litis conteſt. fieri debere, & approbari opi. Iac. de Bel. & Odof. tenentium, ꝙ durante iudicio fieri poterat, & remittit de his ad auc. & conſequenter. C. de ſen. & inter. Hoſtien. vero dicit contrarium hic probari, cum dicat litera, reconuentionis vel conuentionis, vide vbi remiſi. & ibi [*dici poſſet*] idem Archi. ſed fortiter contradicit auc. & conſequenter. C. de ſen. & inter. fateor locum eſſe illi authen. ſed nego pœnas huius decre. habere locum, ita ꝙ tenet proceſ. ſi non exciperet actor [*& in fine.*] vt ibi ſcripſi ſuper glo. ſecus. ¶ In glo. forte eſt, ibi [*c. penul.*] facit opi. Inno. quam ſcripſi, de mutu. pe. c. j. in princi. ꝙ † reconuẽ-
a tio [a] non procedit in cauſa, de qua iudex conuentionis iudicare non poſſit. & idem Gui. in Spec. de reconuen. §. j. poſt prin. & §. ij. ver. & trado. Accur. in auc. & conſequenter. C. de ſen. & inter. in gl. ij. ſed quod alle. non ob. quia incidẽter cognoſcẽs non pronunciat. vide plenius quod ſcripſi in præ. c. j. ¶ In glo. pe. ibi [*conſenſerint*] ipſe vel ipſius procur. non excedens in auc. de cauſa poſ. cũ olim. Hoſtien. & ibi [*ſuſpicionis*] quam proponit reus contra iudicem impetratum ab actore. ¶ In gl. vlti. in fi. dic in vlti. glo.

ADDITIO.

a ¶ Reconuentio. Add quod habes in gl. ij. in ver. in poſſeſſionem. in fin. & ibi Pe. in l. de eo. A. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Gratiam firmant non obſtantia contra nullitatem, ſed dilationes non tollunt pronunciaſſe.*
2 *Papa non intendit dare literas præiudiciales, ſed ipſius mandata ſunt recipienda ſine alterius præiudicio.*

CAP. IIII.

CVm aliquibus. [*Non obſtãtibus*] clauſula illa nõ tollit ſtatuta & conſuetudines, niſi quoad illum finem, ꝙ non pereat gratia, quę al. periret. ſ. c. conſtitutus. hunc ergo effectum, ad quem ponitur, conſequatur. ff. de in integ. reſti. non ſolum. in fi. ff. de auct. præſta. l. j. in fi. & non alium. ſ. de or. cog. cum dilectus, ver. verum. ff. de ad. leg. inutiliter. vnde nec tollit illa, per quæ differtur effectus gratiæ, vt in caſu. j. eo. ſi propter. non obſtat. C. de preci. impera. offe. l. quot. quia ibi princeps id intendit. ſ. dilatoriam tollere, vel concedere ſecundum alium caſum. intentio vero ſequenda eſt. j. de præben. quamuis. i. ſecundum Ioan. mo. qui di-
1 cit ſe de mandato papæ ob hanc rationẽ. ſ. quia † non obſtantia firmant gratiam contra nullitatem, ſed dilationes non tollunt [*pronunciaſſe*] ꝙ diaconus, qui ſimpliciter impetrauit præbẽdam in eccleſia, in qua ſunt preſbyterales, dyaconales & ſubdiaconales, prębendam ſubdiaconalem conſequi non debeat, tum quia non licet deſcẽdere, tum quia illa non obſtantia, dilationes non tollunt. dicunt autem, ꝙ ſecus in caſu conuerſo per decre. ſtatim allegandam. ſi pro pauperibus. & quia decet aſcendere ſubdiaconum ad diaconalem, de illa pronunciatione Archi. j. de præben. ſi pro pauperibus. apertius exprimit dicens, ꝙ diu in papali palatio fuerat quæſtio ventilata, & per auditores bis pro impetrante & cõtra excipientem pronũciatum, & cum fuiſſet appellatum. Boniſacius propoſita cauſa in conſiſtorio pronũciari mandauit contra impetrantem. hoc mihi non placet, nec ſeruari videmus, & certum eſt, ꝙ priorem ordinem retinet & ipſius executionem, bene facit. C. de digni. l. iii. lib. xii. item nec de ſtilo curię contra hoc inuenta eſt clauſula. fateor tamen, ꝙ aliqualem æquitatem haberet illa opinio in illo, qui non ſolum diaconatum, ſed etiam præbendam diaconalem dimidiam habẽs in eccleſia ibidem impetraſſet ad integrã, de quibus. j. de præben. cui de non. ij. reſpon. ibi enim poſſet aliqualiter notari deſcenſus ad id, quod prius dixi, facit moderna conſuetudo eccleſiæ Romanæ, quæ epiſcopos facit presbyteros cardinales, dumtamen ſaltem ſecundum nos epiſcopatus ſit ordo, de quo ſatis. ſ. eo. li. in proœmio, in glo. iii. & ſuper eo moderna dixi, quia vſq; ad tẽpora Clemẽ. quinti id non fuerat obſeruatũ, & cõſtat multos tpe Bonifacij & prædeceſſorũ ꝑtermiſſos cardinalari, quia erant epiſcopi, & epõrũ tituli nõ vacabant, de quibus tñ ſumme vtiliter prouiſum fuiſſet eccleſiæ, qua de re commendabilis eſt conſuetudo in tãtum dilatata, ꝙ quandoque de ſolis epĩs fit vna ordinatio vel ꝓmotio cardinalium. erubeſcat ergo Bonifacius huius
libri,

non obſtantium.q̄ ponitur ad certum factum firman
dū.C.de præſcri.xxx.vel xl.ann.l.omnes.non ſic in illa,
quæ obligat ad plura fortuita.ff.ſi quis cau.ſed & ſi quis.
§.quæſitum.Io.mo.& Arch.[*diriguntur*]no.hic Ioā.mo.
& Archid.ꝙ impetrans tales literas de beneficio,quod
habet,tenetur in eis facere mentionem,cum per eas ꝑ
ueniatur ad beneficium obtinendum,all.ff.de ſpo.ora-
tio.j.de reg.iur.cum quid.concor. quod no.j.de præbē.
ſi apoſtolicæ in gl.pe.vnde dicit hic Io.mo.& Arc.poſt
eum de beneficio faciendam mentionem in forma, q̄
vocatur ſic,ſibi ꝙ nulli alij,quę ſumunt.j.de præbend.
dilectus.& in forma,quæ vocatur ſm promiſſionē,quę
ſumitur,de conceſ.præ.deteſtāda.& dicit Io.mo.in om-
nibus his formam ſequentem apoſtolicum præferen-
dum,cum hi non habeāt gratiam a Papa in beneficio,
ſed tantum cauſæ cognitionem & executionem reci-
pientium.dat Io.mo.ſimile in ligato pedibus vel mani
bus,qui ſoluitur,poſtea ſcribit,vel ambulat cū ſolutus
eſt,licet enim hoc faciat miniſterio ſoluentis,ipſe tñ fa
cit non diſſoluens.ita hic, licet remotio impedimenti
ſit papalis receptio.no.& facit de of.or.licet.& c.pe. Ar
chi.ponit exemplū in illo,qui obtinuit reuocari ſuſpē-
ſionē capituli, & per capſm poſtea recipitur receptus.
idē dicit Arch.quando ſcribitur collatori præbendæ,&
eiſdem conceditur auct.apoſtolica,vt aliquem recipi fa
ciat ſibi de prębenda,cum ſe facultas obtulerit prouiſo
rum obſtante certo canonicorum numero, ꝯdictores
&c.nam ſi recipitur talis,auct. capituli non Papę intel-
ligitur eſſe receptus,ſicut eſſet,ſi capitulo interdicto cō
cederet Papa,ꝙ eligeret non ob.poſt collationem eius,
qui poterat capitulum recipere conſueuit,quomodo il
la receptio ſit facti non iuris, cum enim ille conferat
ſuo iure præbendam,ergo & canonicatū,ergo ſi ei ſcri
bitur receptus ad ipſius mandatum per capitulum de
mandato ipſius ordinaria dr̄ auctoritate receptus. indu
cit Archi.Comp.allegatum in fi.j.gl.[*auctoritate*] no. ꝙ
hic auctoritas,cum recipit coniungitur, non tñ verbo
concedimus poteſtatē.¶ Prima glo.facit quatuor.dicit
vnde ſumpta,ſummat,quærit & ſoluit,& dicit, quid de
claret.¶ Gl.no duas quæſtiones ſoluit.¶ Gl. cautum.re-
ſpondet per quæſtionem & ſoluit.¶ In gl.no.ibi, l.ij.in
fi.vide.ſ.de iura.T ri.firmiter.ſuper gl.ſi ideo.¶ In gl.cau
tum,ibi[*quia voles*]ſupple,parietem cōmunem demo-
lire & reficere.¶ In glo.ij ibi[*receptus*]duæ ſunt partes,q̄
patent,& ibi[*relatam*]& Hoſt.de maiori.& obedien.per
tuas.& c.ſtatuimus.Guil.in Spec.de act.vel peti.§. ſuper
actionibus,ver.item ſcias.¶ In glo.cautū.ibi[*idem credo*]
idem Io.mo.ſed Arc.dicit hic,ꝙ literæ iſtæ non valent,
ſi de voluntate als non appareret,allegans quod leg.&
no.vij.q.j.paſtoralis.viij.q.j.licet,prolixe proſequens iu-
3 ra,quæ dicunt,ꝙ † Papa ᵃnō intendit dare literas præiu-
a diciales, ſed ipſius mādata ſunt recipienda ſine alterius
præiudicio.de of.dele.ſuper eo.de offi.or.graue.& ne na
ſcātur iniuriæ &c. de accu.qualiter. & literæ beneficia
les ambitioſæ & reſtringendę.j. de præben. quamuis.j.
& dicit,ꝙ pręiudiciū eſſet illis,ad quos ſpectat receptio.
ſi receptioni non intereſſent,ad decr.hanc reſpondet,
ꝙ loquitur,quando ad illos,quibus ſcribitur,cōiter per
tinet.quod probat litera ad eos,& litera ad eoſdem.Mi-
ror de Archi.quare idem non opp.ad primam partem
cap.'præſupponere igitur habemus literas valere ex ſu
forma in iſto caſu,vt in illo, & tunc procedit dubium
gl & ibi[*meum eſt*]vide,quod dicam.j.de ver.ſig.c.vlti. ſu
per verbo,tuorum.

A D D I T I O.

a ¶ Papa.Adde,quod habetur in c.ſi quando.de præſcrip.Card.in clē. ſi
Romanus. de præben.

S V M M A R I V M.

1 *Quouſque dictio interdum includit,& interdum excludit.*
2 *Gratiæ vel commēdæ non habentes hanc clauſulam, quærit etiam an expirent per mortem Papæ & nu 3.*
4 *Viſitator datus vſque ad ordinationem epiſcopi durat, donec epi-
ſcopus fuerit ordinatus.*
5 *Papatum.vel papatus dignitas nunquam moritur,*
6 *Electus in epiſcopum,cum quo diſpenſatur,vt non teneatur conſe
crari an interim poſt terminum iuris vacent beneficia.*
7 *Pater ſi mandauerat ſeruum per filium manumitti, quem ſi mor-
tuo patre id ignorans filius manumiſ.an vale.& talis manumiſ.*
8 *Voluntas moritur cum ſuo eſſe corporali.*

CAP. V.

SI gratioſe. Diuiſio ſuper.j.gl.[*vſque*]
tractat hic Archid. quo
1 modo vſque † interdum includit,interdum
excludit,de hoc de or.ab epō,qui re.c.j.in.j.
gl.& ibi ſcripſi, quod hic dixit,de quo tñ nil diffinit. Itē
de iſto vſq;,nulla dubitatio.[*a ſua*]dicit Arch. ꝙ de præ-
poſitione ad,hr̄ lxxvij.di.epōs.lxxviij.di.presb.de reſt. in
integ.tum ex literis.§.quo circa.de do.& contu.cum di
lecti.in prin.de dila.expoſuit.in prin.& in fi.de accu.ve
niens.§.i.xij.q.ij.hic huius voluntas[*beneplacitum.*] Du-
bitari vidi de cl̄a quouſq; ſuper hoc aliquid duxerimus
2 ordinandum,an per † mortem Papę expirent gratiæ vel
commendæ habentes aliā cl̄am.Et dico ꝙ non,ad hęc.
j.de of.dele.ſi delegatus.ij.rñ.bene faciant.ff.de leg.ij cū
pater.§.ſi C.de inſt.ſub cond.l.ſi teſtm̄. vbi valet fideicō
miſ.licet teſtator mone pręuentus ſuper illo non ordi-
nauerit,quod tūc dixerat ſe ordinaturū per aliā ſcriptu
ram.licē hoc caſu beneſaciat.l.ambiguitatē.C.de vſufr.
quam alle.hic gl.ſe.& lex.ff.de vſufr.gñali.§. duas filias.
cum hic potuiſſet Papæ ſuperuiuere habenti gratiā vel
cōmendā,& nil ordinare, ergo durat vt ibi. Ex ꝯrio ſe-
queretur,ꝙ per mortē Gregorij. X.ceſſaſſent heremitæ
& carmelitæ prętertim ꝑ eū,donec aliter ordinetur,pō
derata antiqua litera,quæ erat.j.de reli.do. religionum.
quā ibi vide in gl antepe.Itē ſequeretur,ꝙ in dec. vene-
3 rabilis.ſ.de of.dele.q̄ † ponit eandē cl̄am.ſ. quouſq; veri-
tate comperta duxerimus aliter prouidendū, per mor-
tem Honorij expiraſſet coadiutoris offm̄, quod eſt fal-
ſum,per eundē modū inducitur decr.vl.& fi. ſ. de verb.
ſig.& j.de ſupp.ne.præ.c.pe.in fi.fortificatur id.Pone, ꝙ
Papa dixiſſet,retentis terminis, quouſq; intrauerimus
Italiā. Certe perpetuata eſſet gratia per mortē, per quā
certū eſt ipſum amplius intrare non poſſe,facit proœ-
mium cle.ver.& licet.ſicut ergo in c.obitum.lxj.diſt.in
a fi.viſitator ᵃdatus † vſque ad ordinationem epiſcopi, du-
4 rat,donec fuerit epſ ordinatus. Sic & hic durat gratia,
vt verbū ſonat. Et ſic conſului de commenda abbatiæ
de Florentia facta recolendę memo.d.Io. ſancti Theo
dori diaco.cardi.tunc in Tuſcia legato.[*non moritur*] li-
5 cet.n. † tenens papatū, vel dignitatem ſit corruptibilis:
papatus tamen, dignitas vel imperium ſemper eſt, in
auct.quomodo oportet epi §.licentiam. colla j. corru-
pto igitur ſubiecto dicuntur hæc non exiſtere, ſed vaca
re.i.adminiſtratore iuris vel facti carere.de conce.pręb.
cū noſtris.Io.mo.inducit Arch.ad hæc.vij.q.j.deniq;.&
c.ſicut vir.& quod ibi no.de con.di.j.de ſabrica.ff. de iu
di.proponebatur.de inſti cū veniſſent.de ꝓb. niſi eſſent.
& quod ibi no.Io.mo.Inn.& Hoſt.[*ambitioſa*] quaſi cu-
piditate plena.Arch.[*retinere*]ar.ꝯ.ff.de leg.j.l. ſi qñ. Sol.
patet ibi.Archi.ibi dr̄,ſi legaui vxori, quæ ſibi donaue-
rā,intelligit̄ de donatis,q̄ non valebant,ſed alſ illud lega
tū eſſet inutile.Inſti.de leg.§. ſed ſi rē.& §.ex ꝯrio.dic ꝙ
hic fiebat ſolū ꝓrogatio veteris iuris ad tp̄s,ibi ꝓcedebat
nouū ius in re,q̄ legabat.¶ Prima gl.tria facit, ſummat
dicit vñ ſumpta & quid declaret.¶ Scđa gl.rñ.per qō.in
quo fuerat gratia.Glo.expirante.primo al. vnā ꝯcordiā
& duo iura in ꝯriū,& ſoluit.ſecūdo obiicit & ſoluit.ter
tio iterū obijcit,& dupliciter ſoluit.¶ Gl. nō ergo & gl.
idē,dant dua ſiſia.¶ Gl.pe.arguit & remittit.¶ Vl.gl.dat
vnū ſiſe.¶ In gl.j.donec,ibi[*pro ſocio.l.j.*]q̄ ſic iacet.ſocie-
tas coiri pōt vel in perpetuū, dū viuunt, vel ad tp̄s &c.
¶ In gl.j.ibi.[*hoc dicit*]exponit diſtincti. bimēbrē,& ſm
mēbrū ꝓ ſc. ibi[*ſecus*]& circa vtraq; determinat caſum
dubium,ibi[*prætextu,& in fi.*]Egi.de offi.dele.licet. & G.
in Specu.de loca.§ nunc aliqua,ſub verſi.eli.& Garſias
Io.An.ſuper vj.Decre.

hic diſputans qõnem, cum viſitatio monaſterij exem-
pti commiſſa erat abbati S. Pauli facienda ſingulis an-
nis, donec ſummo Pontifici placeret, diſtinxit vt hic, ꝙ
ſi prius inchoauerat, durat poteſtas poſt mortem con-
cedentis, ex quo cſa reſpiciebat dignitatem, vt in prædi
cto caſu. ¶ In glo. ij. ibi [ſi tibi] & alijs, quos dixi, ſupra de
6 præben. de multa. & in fi. no Io. mo. de † electo in epiſco
pum cum quo diſpenſatur, vt nõ teneatur conſecrari,
an interim poſt terminum iuris vacent beneficia? Et
tenet ꝙ ſic, & de hoc ſcripſi poſt In. & Hoſt. in præce. c.
cum in cunctis. ver. ſi vero, ſuper ver liberam ¶ in gl. iij.
ibi [prælaturas eccleſiaſticas] nam ſeculares ſunt tpales, ff.
de off. procon. meminiſſe. & l. pen. de offi. præſi. ſi forte.
Arch. & ſ. de ind. c. fi. vbi ſimiliter, de hoc dixi. & ibi [ve-
niens] in quibus de hoc, & de cle. ægro. c. pen. ¶ In glo. iiij.
ibi [ponitur] ſ. de ver. ſig. c. pe. all. Arch. j. q. iii. ex multis. vl
tra medi. ¶ In glo. v. iu fi. & ſi tempore promotionis ha
beat ius ad rem tantum, non includi illud ſub gratia
ſm Arch. quod patet per id, quod dicit obtinere. alle. ſ.
de præben. c. pe. in fi. & de conceſ. præben. c. vl. ff. de aur.
& argen. leg. l. ſi ita. & l. Quintus. ij. §. argento. & l. ſcribit.
alias incipit quintus Mutius iij. Et habere eſt cum effe-
ctu habere. ff. de ver. ſig. nomen. §. habere. ¶ In vi. glo. in
fi. Et eodem modo debet diſtingui in reſeruationibus,
an reſeruet collationi ſuę, vel ſedis ſm Arch. Hodie ſæ-
pe exprimit vtrunque, & tunc eſt locus ſecundo reſpon
ſo. ¶ gl. expirante, ibi [reſpiciunt] vel fauorem libertatis, &
7 ſic etiam ſoluitur. ff. de manumi. ſi pater † mandauerat
ſeruum per filium manumitti, quem mortuo id igno-
rans filius manumiſſ. valet, ex quo pater non mutaue-
rat voluntatem. & ibi [C. de vſufru.] cui concor. ff. de vſuſ.
le. l. generali. §. duas filias. & in fi. Et ratio eſt ſm Archi.
8 quia † cum volũtas a certa perſona dependeat, moritur
cum ſuo eſſe corporali, quia ſolum corpus ſine anima
non eſt homo. vt patet de pœ. di. ii. charitas eſt, vt mihi
videtur, ver. corpus. Ad hoc de of. dele. quoniam abbas.
¶ In gl. ſic. aii. ibi [liberti] ii. q. xxxii. q. vii licite. in fi. ibi di-
citur, ꝙ Deus nunquam moritur. Et ibi [orauit.] Lucæ.
vij. de bapt. maiores. in prin. ¶ In glo. idest [donec ibi] vbi
de hoc. & x. q. ii. perpetua. in i. gl. ¶ In glo. vlt. ibi. [dudum]
& bene facit. ff. de leg. j. legata inutiliter. ii. rñ. vbi ordina-
tio vel prorogatio diei non conferat legatum inutile.

ADDITIO.

a ¶ Viſitator. Adde hic, quod viſitator ſpecialis excludit generalem. Bal. in auct. habita. ver. modo ſequitur. C. ne fil. pro pat.

SVMMARIVM.

1 *Intentio quando præfertur verbis.*
2 *Promiſſum mihi abs te factum, cum morieris, non debetur te in inſulam deportato.*
3 *Caſus omiſſus a teſtatore habetur pro omiſſo.*
4 *Aetas naturalis intelligitur, vbi de ętate fit mentio.*

CAP. VI.

SVſceptum. Duo dicta, ſecũdum
ibi ſi duo. prima pars
tria facit. ponit dictum, rationẽ reddit ibi,
cum nõ, determinat vel caſum excipit ibi,
niſi. ſecunda pars decidit caſum dubium rationem in-
ferens ibi, cum beneficium. Et incipe conſtructum ibi,
non poteſt, ſed poſt mortem. de ſtilo curiæ cum man-
datur alicui conferre beneficia promoti vel alterius vi-
uentis, ſcribitur, ꝙ conferantur, cum vacabunt per con
ſecrationem, vel alio modo, quam per mortem. Et eſt
bona prouiſio contra mortẽ violentã, quę coaptatur ẽt
huic caſui. forſan enim conſpiraretur in mortem reſi-
1 gnare volentis. † [Intentione] a quæ pręfertur verbis, ex
2 quo de illa conſtat, aſs ſtatur verbis. de hoc xxxviii. di. ſe
dulo. xxii. q. ii. is aũt. & q. v. humanę. ſ. de ver. ſig. propte-
rea. Arc. ponit circa hęc verba Gof. quæ ſcripſi in ſum.
de ver. ſig. in priuilegijs [Proponente] & impetratione Ar
chi. [ceſſione] non morte. Hæc litera cum his. quę dicã
ſuper gl. facit pro ſolutione Io. de mon. Mur. qui diſpu-
tando tenuit, ꝙ ſtatutum factum & iuratũ per canoni-
cos plebis de non eligendo in plebanũ mortuo pleba-
no, qui tunc erat. aliquem non presbyterũ, illos non ar
cet vacante plebe per renunciationem illius plebani.
Idem dixi de ſtatuto canonicorũ facto a principio ſi-
ne conſenſu epi, licet conſenſus ibi poſtea ſuperuene-
rit. pro quo facit, quod dixi poſt Inno. & Compoſt. de
conſue. cum conſuetudinis. ¶ Prima gl. ſummat, & di-
cit, quid declaret. ¶ Quinta glo. ſubdit ꝯrium & ſoluit.
¶ Glo. ex hoc. & gl. vltima reſpondet per obiectionem,
quam ſoluit. & tex. fortificat. ¶ In gl. pe. alle. duas cõcor.
obiicit, & obiectionem coadiuuat per duo ſimilia, de-
mum obiicit & ſoluit & remittit. ¶ In glo. v. ibi [commo
diſſime] põt ſic non natus inſtitui, poſthumum hæredẽ
inſtituo, ſiue naſcatur me viuo, ſeu me mortuo, ſed ſi
alter tñ caſus exprimitur, & in caſu omiſſo naſcatur,
2 rumpit teſtm̃. ¶ In gl. pe. ibi. [§. qui inſulam.] † promiſſum
cum morieris, non debetur, te in inſulã deportato, ſed
te nãliter mortuo, & ibi. ſed ſi mors. donatio cã mortis
per nãlem mortẽ plene formatur. ¶ In gl. vl. ibi. [quoties
vtrinſque] hanc & ſequentes vide in regula, qui prior. in
j. gl. ¶ In gl. v. in fi. caſum vide ſ. & allegatur hæc lex, ꝙ
3 † caſus omiſſus a teſtatore habetur pro omiſſo, ad idem
ff. de tu. l. ex his. ſic & omiſſus a canone, de transla. ca. ij.
ver. præſertim. de tempo. or. dilectus. j. de ſen. ex. is qui. in
fi. in cle. de ele. ne Romani. poſt prin. & c. cõſtitutionẽ.
in prin. & a lege. C. de ædi. pri. an in totum. & quæ ſit lõ
ga cõſue. l. j. a ſtatuto etiam iurato, ſ. de iureiu. i noſtra.
de iureiu. c. pe. a paciſcente ff ſol. ma. ſi cum dotẽ. in pri.
C. de pact. l. fi. ab appellante in cle. de app. appellanti. ab
impetrante patet hic, & j. de prębẽ. cum in illis. & c. cui
de non. a iudice dante, vt hic, & ff de iud. ſolemus. §. vlti.
a procuratore dante. ſ. de of. dele. cum olim. C. de proc.
maritus. de hoc ſcripſi ſuper regula. ſine culpa. de reg. iu.
j. c. lib. In ſecundis allegationibus primi membri. ij qo.
ver. ij ſic, & ſunt hæc bene notanda, quæ valent ad mul
tos caſus. vt no. j. de præb. quamuis. ij. in gl. iſta duo. ¶ In
glo. ꝙ expreſſit. ibi [quocunque modo.] vide, quod dixi ſ. de
con præ ex parte. ver. nos igitur, quomodo vtile eſt, hæc
vel ſimili verba ſubiungere in impetrationibus expreſ-
ſo vno modo vacationis. & ibi [c. n.] cũ aliquibus. ¶ In
glo. pe. ibi. [§. ecce.] in quibus. & facit. quod no. & dixi de
præb. niſi. in fi. ſuper vet. defuncto. & ibi [mortuus.] vnde
& ibi dicit tex. defuncto quodammodo. Archid. qui ẽt
alle. xxvij. q. i. §. vl. & ibi. [§. inſulam] ibi & in §. ſed occaſio
ne. in Auct. de nup. colla. iiii. iura de hoc pro & ꝯ Dyn.
de hoc in §. iſto. Cy. poſt Pe. in l. fi. C. de epi. & cle. Arch.
aliquid Io. mo. j. de ſup. neg. prę. ſi eps. Gof. & Hoſ. & ego
4 plene. ſ. de conuer. coniu. cum ſis. & ibi. [de naturali] † ſic
cum de ętate fit mentio de naturali intelligendum eſt,
non de ea, quæ imperiali beneficio ſuppletur. C. de his
qui ve. ęta imp. l. fi. Arc. & ibi [verbum ſonat] & eodẽ mo
do ſoluitur ſm Arch. C. de inſti. & ſubſti. l. ſi mater. ibi,
ſi mater filium ſub conditione emancipationis hęre
dẽ inſtituit, patre deportato, vel mortuo, priuſq̃ eman
cipare, debet hrẽditas. dicit Io. mo. ibi teſtatrix conſidera
bat non factũ ſed oſtm̃. Huic cõi ꝯcor. l. ſi ita. ff. qñ dies
le. ce. ad Tre. l. mulier. in prin. al. §. j. vtrobiq; filio eman.
debet fideicõ. relictũ ei. cũ patris morte factus eẽt ſui iu.

ADDITIO.

a ¶ Intentione. Adde, quod excommunicatio non infertur ex ſolis verbis, niſi proferens habeat intentionem excommunicandi, glo. & Abb. Sic. in c. ſi ſacerdos. de offi. ordi. etiam ꝙ intentio alicuius appareat ex coniecturis, habetur in Specula. de libe. concep. §. xi. verſicu. ſed cum ex his.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum an ad ſolum prælatum ſpectet.*
2 *Ignorantia propria ac plus excuſet, quàm ignorantia procuratoris.*
3 *Receptio beneficij, quod requirit reſidentiam, quomodo facit aliud vacare, quod eſt cum requirit reſidentiam.*
4 *Iudex ordinarius non poteſt iterato cognoſcere, cum ſententia eſt nulla.*

CAP.

C A P. VII.

GRatia. i.q.gratia. Archi [*beneficio.*] quo
nomine beneficium ſtricte etiam
includit præbendam. alle. Arch. xii. q. ii. alie
nationes. ſed large includit, de præben. pro-
illorum. de verbo. ſig. c. pe. & vide quod ſcripſi ſupra de
præben c. vlti poſt prin. [*ab epiſcopo suo.*] factum narrat,
quia idem de quolibet alio collatore. Et per hoc arguit
1 Archi. ad ſolum † prælatum ſine capitulo ſpectare colla
tionem beneficiorum de hoc ſupra de electio. cum ec
cleſia [*ignorans.*] ſi procurator impetrauit tacito de be-
neficio domini ſui, quod ignorabat, dicunt Io. mon. &
Arch. quod etiam tunc valebit reſcriptum de æquitate, &
dicetur electio. vt in fi. ſubeſt enim ratio ignorantiæ, &
2 ceſſat dolus. In contrarium all. Io. mona. quod † plus debet
excuſare ignorantia propria quam procuratoris, ſicut
plus accuſat ſcientia propria quam procuratoris, vt lit.
non conteſta. c. i. in fi. ff. de peti. heredi. item veniunt. §.
quid ergo. Item radix vitioſa. & licet non ſit dolus ex
propoſito, videtur tamen eſſe re ipſa. ff. de ver. ob. ſi quis
cum aliter. beneficiatus enim non beneficiatur niſi ex
certa ſcientia. ſ. c. poſtulaſti. & ſ. de præbend. ſuper eo. &
multitudo beneficiorum inimica eſt canonum. ſ. de præ
ben quia in tantum. Scio, quod primum dictum non reci
peret curia, & merito, quia ſi iſta decreta. non emanaſ-
ſet hic etiam non diceremus contrarium per regulam tradi-
tam ſ. e. ſuper literis. non excedat ergo ſuum caſum vel
terminos ſuos, alias committeretur fraus, & parata eſſet
ſubreptitijs impetrationibus, quod fieri non debet. de
diuor. quanto ad fi. ſ. e. c. i. in fi. Item nec eſt de ſtilo vel
more curiæ in literis beneficialibus procuratoris expri
mere vel procuratoria recipere. Volens tenere primã
opi. reſtringat illam ad vſum, quo procurator ſcire nõ
potuit, vt ſi cal. Octob. datus eſt procur. qui impetrauit
cal. Nouemb. ſed vltimo Octob. collatum fuerat dño
beneficium, tunc. n. ceſſat ille timor fraudis, de quo ſ. di
xi. [*neſcires.*] ar. contra C. de mili. teſt. ſicut certi iur. ſ. in Arch.
qui non ſolum in hoc eſt contra, quia non valet teſtm̃ mili-
tis ignorantis ſe filium habere. ſed in hoc facit pro, quia
ſicut ibi ignorantia impedit exhæredationem, quam
induceret ſcientia militis teſtãtis, ita hic impedit ſubre
ptionem, quam induceret ſcia impetrantis. [*non potes.*]
facit ad quõnem de electo in eadem ciuitate ad dua offi
cia, quam no. G. in Spe. de cõp. §. ii. verſi. quid ſi electus.
[*ſed eligas*] hic non eſt tempus determinatum, ĩ quod
fiat hæc electio. ſicut eſt i. ri. i. c. vlt. de poſtul. c. vno. quia
vbi terminũdum a iudice ĩ. de præb. ſi tibi abſenti. qui ſi
beneficiorum qualitas eſt no. iuſte arbitrabitur decem
dies. c. ii. ſi pluribus. & vide, quod no. & dicam ĩ. c. pe. in
glo. no. tenetur. ſed an ſufficiet electio facti. So. ſi habita
prius poſſeſſione vnius poſtea hoc ſciens recipit poſſeſ
ſionẽ alterius, ſufficit huius facti electio, & perdit prius
habitam, per decr. de multa. Item ſi cum neutrius poſ
ſeſſionem haberet ſciens de vtroque recipit poſſeſſio-
nem alterius, ad hoc eſt ĩ. infra eo. gratiæ. & de conceſ.
præb. c. vno. § pe. ſi vero habita poſ. primi per procura-
torem, & id ignorans recipit poſſeſſionem ſecundi, tũc
ex quo ſciuerit, caute facit, ſi abſtineat ab vtroque, & ſic
deliberet, & tunc locus eſſet aſſignationi termini, de
quo prius dixi, alias illud elegiſſe videbitur, cui primo
ſe immiſcuerit, ar. ſupra de conſu. ſer. propoſuit. & ff. de
acti. hære. iuſ. eritum. §. ſi quis tertius ¶ Prima glo. ſum-
mat. ¶ Gl. v. reſpon. per quæſtionem. ¶ Gl. ſed quæ. quæ-
rit & reminit. ponit quattuor opiniones, tertiam repro
bat, ad quartam ſignat contrarium & ſoluit. ¶ Vltima
glo. primò dat ſimile, ſecundo quærit, arguit pro & con
tra & ſoluit. ¶ In gl. vlt. ibi. [*de opt. le. l. ij*] vide de ele. cau-
ſam. in vl. gl. ¶ In glo. i. in fi. primo ponit dictum & eius
cauſam. ſecundo ſoluit dubium emergens ibi. vtrunq;.
¶ in glo. ij. in fi. & cle. de offi. ordi. c. ii. ¶ In glo. iii. in fi. ita.
& hic, licet ignorantia probabilis excuſet a vitio ſurre-
ptionis, non tamen diſpenſat cõtra concilium de mul.

ta. de præben. Io. mo. ¶ In gl. idem ibi [*de ſciente*] hoc pla
cet Arch. qui ad literam neſciens ſubaudit maxime, ex
quo non acceptauerat per eandem decr. & ibi [*ad alia*]
vide quod dixi ſ. de præben. accedens. ſuper i. glo. & ibi.
[*ad rem*] & nudo põen ei ſibi cõſtituat ius in re, quod nõ
facit vacaturam expectãs, qui tñ id teneretur exprime
re, vt in præ decre. in nña ¶ In gl. ſed quæ ſunt, ibi. §. [*il-
lud autem*] Arc. etiam remit. ad Roſ. in libellis iuris cano
nici, rubrica, ſi põt alicui plures præbendæ conferri. §.
non poteſt quis de iure communi. vbi ad literam habe
tur de hac notula. Tan. & per Vin. de præbẽ. quia in tñ.
per Inn. de cle percuſ. c. i. & de tempo. ordi. cum in diſtri
3 buendis. † quomodo autem receptio alicuius beneficij
quod requirit reſidentiam, facit aliud vacare, quod req
rit reſidentiam, dato quod neutrum ſit curatum, remit. ad
no per Inn. & Hoſ. de cle. non reſiden. c. ſi. & opi. Pe. de.
recitat, quod in talibus nõ ſufficit diſpenſatio epiſcopi, quã
dixi in decret. de multa. reliqua velut non expedientia
per eum hic ſcripta decido. ¶ In gl. vlt. ibi. [*& c. præterea*]
ſ. de æta. & quali. eam te. Arch. & ibi. [*cum autem*] & c. cũ
laici. vbi de hoc in i glo. & ibi facit etiam contra, quod
inducit Archi. cui ſatis inſtat, dicens ibi patere varieta-
tem, leuitatem, & inconſtantiam prohibitam clericis,
vt ec. bene. c. vno. de temp. or. dilectus. de pæ. ſuper his.
xxij q. ii. non enim. de pœni. diſtinct. iii. attriſorum. & in
fi. Idem Archi. allegans. ff. de procu. in cauſę. in princi.
& de lega. i. ſerui electione legata, & l. huiuſmodi. §. Sti-
chum. & de lega. ii. ſta: uliber. §. Stichum. quod ut addi-
tionibus determinat verum eſſe. ſi non errauit, vt quia
beneficium debebatur alteri eo ignorãte, vel pro digni
tate ſimplex beneficium acceptauit. all. præ. l. iii. de leg.
& ff. de adul. ſi maritus. i. §. fin. de præſu. quia veriſimile.
& quod no. Hoſ. de conceſ. præb. quia cunctis. ad fi. non
ob. ſolutioni. ff. de le. ii. vnum ex familia. & l. cum pater.
§. a filia. quia ibi ius eligendi nõ competebat de præſen
ti, ſi collatum erat in tẽps mortis. & ideo prima electio-
ne non conſumitur Io. mo. ĩ. de præbẽ. ſi tibi. primo di-
ſtinguit, aut optio, vel electio data eſt in contractibus,
& tunc variare licet. ff. de verb. ob. eum qui certarum. in
fi. de act. emp. ſterilis. §. ſi. aut in beneficiis, vel vltimis vo
luntatibus. & hoc dupliciter. aut tenuit electio, tunc nõ
potuit variare. ff. de leg. i. ſerui electione. ff. de opt. le. Au-
fidium. Aut non tenuit, & hoc dupliciter, aut illam fe-
cit optans iure proprio, & tunc iterato poteſt optare. ff.
4 de opt. leg. l. i. §. ſi. & l. ſe. ſed inſtar † iudicis ordinarij, qui
poteſt iterato cognoſcere, cum ſententia eſt nulla. C. de
accu. l. ſi accuſatoribus. & l. abſente. & ĩ. de conceſ. præbẽ
ne capiandæ. ii. reſpon. Aut iure alieno, & tunc iterare
non poteſt. ĩ. de electio. ſi compromiſſarius. §. i. & vide
quod ibi no. in §. item ſi. in vlt. gl. ad inſtar iudicis dele
gati. C. quomodo & quando iudex. ſi vt proponis. §. i.
de materia vide, quod ſcripſi de reſtib. præſentata. ſuper
verbo, optioni.

S V M M A R I V M.

1 *Creditori primo poſt pactum de non petendo fit pactum de pe-
tendo.*

2 *Deportatus ex indulgentia principis reſtitutus ad dignitatem & per hoc ſit reſtitutus quo ad bona.*

C A P. VIII.

QVamuis. [*In certa.*] eadem ratione
de certa, puta, quam ducere
tec acceptandam in ciuitate, dioceſ. vel pro
uincia. [*denuo*] quaſi de nouo. concor. de re-
rum. poſt tranſlationem. ver item ſi quis. Et facit id
quod dicit Pe. G. [*cum tituli*] curioſus in declarãda hu-
ius rõnis materia videre põt qõ. Ia. de Bel. de vaſallo pri-
uato & poſthumo reſtituto poſt feudum alteri conceſ
ſum. quam poſuit. C. vt intra certum tẽpus cri. cauſa ter-
mine. in ſolutionibus contrariorum [*in eligatur*] xcvi.
C. de eman. li. nec auus. ff. ne quid in loco pub. l. i. §. me
rito. & §. ſi quis a principe. Io. mona. de offi. deleg. ſuper
eo. de offi. or. licet. Arch. [*alieni*] fecit ad quæſtionẽ de
Io. An. ſuper vi. Decre.

 primo

1 primo creditore † cui poſt pactum de non petendo fit
pactum de petendo, no. in Spec. de pact. ver. ſed ecce. &
ad quæſtionem ibi ſe. ¶ Prima glo. ſummat. ¶ Penulti.
gl. in contrarium fortificat tex. & contrarijs reſpondit,
ſecundo arguit ad quæſtionem, ponit opi. Goff. contra
quam allegat quinque iura, & remittit vnum, ſubdit
tres opi. ¶ In gl. pen. ibi. [*de ſen. paſ. l. j.*] cuius verba habes
in §. proxi. alle. & ibi. [*§. aream.*] vide in præ. c. ex inſinua-
tione. ſuper vlti. glo. ¶ In prima glo. in fi. ponit dictum,
in quo interſerit exceptionem ibi, niſi, & ſubdit rationẽ
dicti ibi, cum talis. ¶ In gl. tenorem. in fi. non tñ reſtrin-
gas hunc caſum ad illas reuocatorias, nam idem eſt in
alijs quibuſcunque, quod plus eſt, & ſi non ſint expreſſe ſed tacite,
vt ſi pater expectãtis damnatus fuit de hæreſi, & ſic gra
tia filij reuocata impetrauit alter in illa eccleſia, poſtea
pater reſtituitur. [*reſtitutione*] quæ filium includit, locus
erit huic decr. vt alteri non fiat præiudicium, niſi Papa
aliud exprimat per rationem textus. ¶ In gl. [*idem*] in fi.
videretur contra ponderato principio, quo impetrans
ante reuocationem erat ſecundus, ſed impetrans poſt
a principio fuit primus, non mirum eſt ergo, ſi reſtitu-
tio non fecit eum ſecundum, illum vero ſic, vt prius
erat. ſed rõ, quam ponit finis capituli hic, non patitur.
gl. autem ponderauit, quod prius competit ius impetrandi
ante reuocationem. ſ. in inſtanti reuocationis. Item in
hac materia prioritas temporis, quæ habet prodeſſe, ab
ſurdum eſſet, quod obeſſet. ¶ In glo. [*hoc enim.*] in fi. & facit
cle. de immu. eccle. quoniam. ¶ In glo. penul. ibi. l. j. pri
mo reſponſo. & ff. de mino. quod ſi minor. §. reſtitutio. lo.
mona. alle. Archi. & remittit. xxvj. q. vj. ſi quis de corpo
re. & 35. diſti. ab exordio. & j. q. vij. maximum. & ibi. [*§.
aream.*] ad idem. C. de re mili. l. j. & l. cum allegat. lib. xij.
Archi. & ibi [*noua conceßio.*] idem Arch. & ibi [*induct a.*]
hoc hic reprobatur ſecundum Arc. & ibi. [*dominicali.*]
lxiij. & ſolutio eius communiter approbatur per c. de-
2 cernimus. xvj. q. viij. & in fin. item no. quod ſi † degradatus
beneficio ſuo priuatus per ſñiam reſtitutus eſt ad ordi
nem & eius executionẽ, non pp hoc intelligitur ad be-
facit, ſupra de arbit. peruenit. & quod ibi no. in gloſſ. ii.
Sed quia ſupra dixi quo ad laicos ſecundum commu-
nem opinionem tenere ſtatutum. vidi dubitari, an ſi
per ſtatutum publicaretur res vendita, contra illud pu-
ra conſcientia poſſet res illa emi a communitate, do-
mino, vel fiſco, cui fuerat publicata. ſol. vbi contra ſtatu
tum raie vendidiſſet, cuiuſque vere, vel interpretatiue
fuiſſet ipſe, vel eius auctor de numero ſtatuentium, vel
ſtatuto conſentientium, ſatis pura conſcientia videtur
emi poſſe, ſed ſi vendens non fuit talis, vel fuit ſtatutũ
domini habentis iuriſdictionem, non tamen rerum di-
rectum dominium, videtur ſecus, nam dominus ille li-
cet ex cauſa potuerit prohibere, & forſan irritare con-
tractum, vt fit in præ. le. vna. C. de hab. metro. lib. xj. in
quantum videtur poſſe priuare dominio rei, quod eſt
de iure naturali, vel gentium, ſuper quo vide, quod
ſcripſi. ſ. de conſti. quæ in eccleſiarum. ſuper. j. glo. [*præſu
mantur*] ideſt attententur. ¶ Prima glo. dicit, quid decla-
ret. ¶ Secunda recitetur per obiectionem. ¶ In. ij. glo. in
fi. ad perſonam, concor. ff. ſi quis ali. te. prohi. l. j. & ii. vbi
prohibens notarium, vel teſtes intrare, prohibuiſſe dici
tur teſtatorem, ad idem. ff. de itin. actuque priua. veteres.
5 nam prohibens † portare neceſſaria ad reficiendum iter,
dicitur refectionem prohibuiſſe. ¶ In glo. vltima, in fi-
ne, & quomodo dicatur eccleſiæ libertas infringi, ibi
ſcripſi poſt Innocentium.

¶ Ne cle. vel mona. ſecularibus negociis ſe
immiſceant. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Ius quod habent plebani in capellis, quale ſit, ſtatur conſuetu-
dini.*

2 *Actio vi bono. rap. competit vna re rapta.*

C A P. P R I M V M.

STatutum. Ponit declaratio nem iuris veteris. primo dans regulam. ſcdo caſũ exemplum. ibi. niſi cantorib. [*digni-
tas*] vel perſonatus eſt in quibuſdam
eccleſiis quæ cantoria vocatur. dicit
Arc. vt in eccleſia Carnotenſi [*aliis*]
vide, qđ de maiori domus no. lxxxix. di. volumus [*perſo-
natus*] vide, quod ſcripſi, de præben. de multa. ſ. eo. lib. de
ɔſuetu. c. j. [*veſtigiis*] ſic. ſ. de iura. calũ. c. j. in prin. [*Sub ſe.*]
1 dicunt Hugo. & Lau. xvi. q. i. plures † ꝙ quale ius habeant
iſti plebani in capellis, ſtatur ɔſuetu. de hoc ponit Inno.
de capel. mo. dilectus ¶ Gl. no. dicit, quorum opi. appro-
bat & reprobat, & rõnibus opiniones reprobare rñdet.
¶ Gio. quid ſi. quæris, arguit, ſoluit & ɔ̃rio argumẽto rñ-
det. ¶ In gl. quid ſi vnicam. ibi. § homines. vide de poſtu.
2 gratum. in. j. gl. & ibi. inſti. e. in prin. † actio vi bonorum
rap. ɔpetit vna re rapta, & ibi. l. vlt. §. ii. actio negociorum
geſtorum cõpetit pro vna geſtione. ¶ In glo. no. ibi, tene
tur, vt in cle. de ſepul. dudũ. §. hmõi. ¶ In gl. quid ſi. ibi. de
bent, hoc vr̃ tenere Guil. in Spe. e. tit. poſt prin. vbi dicit,
ꝙ plebania eſt habens diuerſas capellas, in quibus &c.
& Io. mo. dicit hic, ex quo plebania habet capellas per-
petuas, reputatur dignitas. Archidia. nil dicit de hoc.

S V M M A R I V M.

1 *Monaſterium debet tenere magiſtrum, qui in primitiuis mona-
cos inſtruat.*

2 *Abbas eſt Dei vicegerens ſuper caput monaci.*

3 *Monacorum appellatione veniunt abbates.*

4 *Monacus debet ſemper vti habitu.*

5 *Monacus in ſcholis exiſtens tamen libros vel alias res pro ſocio ob
ligat, an teneat obligatio.*

6 *Monacus dicitur ſeruus monaſterij.*

C A P. II.

VT periculoſa. Primo cã præmiſ ſa ponit duplicem inhibitionem. ſecundo pœnam trãſgreſſo-
rũ. ibi ſi quis. tertio ibi doctores. illam pro-
gat, vel declarat in doctoribus locum habere. & dic pe-
riculoſa animabus ipſorum vagantiũ. ſ. de regula. ca. fi.
Eſt etiam periculoſa pp exempli perniciẽ, de cle. cũ dile
cti, ver. nos vero, de voto. nia. [*ſcholis*] dicũt deriuatores,
ꝙ ſchola grece, latine dr̃ vacatio, quia ibi vacamus. i. in-
tendimus, vnde dr̃ viue vacans ſtudio &c. concor. ſ. de
voto mag. circa fi. ibi, vacans orationib. non ſumitur va
cãre pro vacuum fieri, vel eſſe, duplicẽ huius verbi ſen-
ſum vide. xxxiii. q. iiii. c. ii. in prin. & in fi. Et ſi in ſingula-
ri dicimus magnam ſcholã, de loco intelligitur, ſi dici-
mus magnas ſcholas, habet intelligi de ſcholarib. ideſt
multos ſcholares, quomodo autẽ hic ſumatur, tractare
non expedit per id, quod ſequitur, vel alibi [*temere*] vide
quod no. ſ. de ſent. excom. c. j. in glo. nunquid habitum,
[*ſuperiorem*] ſuper quo vide, quod no. in cle. de vita & ho
ne. cle. quoniam. in glo. hæc litera dimittat, recitat hic
Archi. quod ſcripſi de voto, per tuas. ſuper verſ. memo-
ratæ [*quæuis ſtudia*] ẽt theologiæ, cũ ſic generaliter loqua
a tur ſm Arc. qui dicit ꝙ huius dicti ratio poteſt eſſe. qa
monacus ſuo clauſtro debet eſſe contentus. xvi. q. j. qui
vere. & c. placuit. ii. & præcipitur intra clauſtrum mora
ri. e. q. iuxta. quaſi mortuus ſit in mundo, vt pãlle. c. pla-
cuit, inducit, qđ hr̃. e. ti. monacus. & c. j. & c. cupis. In pri.
refert tamen Vinc. dicere, ꝙ theologiã & decret. legere
poſſunt, cũ ſint ſcientiæ pietatis. xxxvii. di. ſi quis grãma-
ticã, & huic dicto hæc litera nõ obſtat, q̃ loqtur de acce-
1 dẽtib. ad loca ſtudiorũ extra clauſtrum, hodie vero † in
monaſterio, quorum ſuppetũt facultates. tenere debet
magiſtrum, qui in primitiuis monacos inſtruat, vt cle.
de ſtatu mo. ne in agro. §. pe. per quæ patet, ſtudiũ ɔueni
re etiã religioſis, ſuper quo vide, quod ſcripſi de regula,
ſane. in glo. magna, ver. circa hoc. & ver. primo dixi. &

bene probãt ordinationes dñi noſtri ſupra factæ de ſtu-
dio[*Ciſtercien.*]& cęterorũ aliorum religioſorũ ꝓlato.nõ
putat Archi.ꝙ eps ſine abbatis ꝯſenſu hanc lĩiam dare
poſſit,ar.xij.q.j.non dicatis.in fi.xvj.q.j.monaci vagãtes,
cum duob.c.ſeq.xvj.q.ij. nulla.dicit ergo,literã intelligẽ-
dã de abbate,vel eo.q tenet locũ abbatis,q proprie ſuus
ꝓlatus dr̃,vt ſatis colligitur.xix.q.iij.ſtatuimus. in pri.vbi
dicit ſuper caput hominẽ,non dicit homines.xviij.q.ij.
nullã.in fi.xvi.q.iiij.§. quod aũt,in fi.xvi.q.j. monaci.ij.
cui prælato ſpecialiter obedientiam faciunt, & debẽt re
uerentiã,de maioritate & obedien.cũ in eccleſiis, de ſta
tu mona.cũ ad monaſterium.ver.abbas vero.Stephan⁹
prouincialis diſputanit quæſtionem, ꝙ ſi prælatus reli-
gioſi docilis volentis in canonico iure ſtudere abſque
onere monaſterij & fraude chori nolit dare licentiam,
maxime in eadẽ ciuitate, cogi poterit ꝑ epm, & ſi dare
nolit, nec iuſtã cãm oñdat,ipſe eps lĩiam dare poterit,
verũ eſt, ꝙ quæſtionẽ formabat de monaſterio habẽte
magnũ populũ, cui monaci miniſtrabant ſacra alle.j.
q.vii.exigunt.de regulari.licet.ver.ſi vero.*nec credebat
peccare tenẽdo,ꝙ de bonis monaſterij ſi ſufficiant,eſſe
illi in neceſſariis prouidendũ, ſi aliunde nõ ꝓuideatur.
lxviij.di.c.vl.& ꝙ monaci exhortantur ad ſciãm xvj.q.
j.ſic viue.& c.doctos.& qđ no.ij.q.vii.cũ paſtoralis,& ꝙ
cogi poſſit,Abba.all.25.di.ꝑlectis.ver.ad epm,vel ꝑ ipſũ
ſuppleri.87.di.c.ij.& iij.xciij.di.nulla.In contrarium in-
2 ducitur.lviij.diſt.c.j.& xviii.q.ii.nullam.Item abbas † eſt
Dei vice ſuper caput monaci.xix.q.iii.ſtatuimus.s̃.co.li.
de elec.ſi religioſus.nec habet velle monacus, vt ibi.& s̃.
eo.li.de regul.c.vl.Item ipſius deſiderium diſcrepat a ꝓ-
feſſione.C.de mnne.patri.profeſſi.lib.x.hẽt aũt officium
plangentis,non docẽtis.xvi.q.j.monacus. & c.ſi cupis,&
charitati vacare dẽt,q̃ ædificat,nõ iuris ſcientiæ, q̃ iflat,
s̃.de renun.niſi.§. pro defectu.nec cogi dẽt abbas de ſuo
beneficium facere.x.q.vii.ꝓcariæ.nec cogi dẽt reuelare
cãm denegationis occultã.s̃.de tẽp.ordi.ad aures, ꝑꝑ q̃
primũ dictum placet Arc.[*conſilio*]nõ dicit ꝯſenſum ſui
ꝯuentus.credit Arc.ꝑ hãc lr̃am,ꝙ licet male faciat Ab-
bas ſine lĩia epi vadens ad ſtudiũ,non tñ ligetur hac ꝯ-
ſti. pœnali, quaſi hoc videatur reſpicere immediatũ ꝓ
latum mon.& nõ epm.In ꝯ̃rium alle.principiũ de reli-
3 gioſis do. Item applo† monacorũ abbates comp̃hẽdit,
de ſimo.c.ſi.Item ſeqnitur, ne aliquis.& ſubditur,religio
nis profeſſus. & hæc de ſui generalitate abbates inclu-
dunt. Item & ſtudiorum cã ſine prælati licentia ab ec-
cleſia ſua non debet abeſſe,de cle.non reſi.relatum.& c.
inter quatuor.& c.vl.de cõ.di.ii.non oportet.ii. Item in-
ducit.xviii.q.ii.nullam.vbi patet, quod in diuino cultu
& vtilitate monaſterii dẽt eſſe aſſiduus,& per epos regã-
tur abbates, patet.xviii.q. iii.abbates. & ſi. ſi quis abbas,
facit.xciii.di.nulla.ix.q.iii.c.ii.lxi.diſt. obitum.in fi.xii.q.
ii.quoniam velina. Ad hanc literã, quæ loquitur de cõ-
ſilio conuentus,rñdet,ꝙ eps dando licentiam abbati ꝯ-
ſulet conuentum ipſius, tamen tenet per illud relatiuũ
ſui,quod prius dixi.& licet vera ſint in contrarium alle-
gata,nõ cõcludunt,& locus ſit huic pœnæ eundi. vnde
decre.ſup Spec.in prin.dicit exeuntes.& vide, qđ ſup il-
lo verbo ſcripſi poſt Inno. Hoſt.quod hic ponit Archi.
approbans dictum Hoſt. [*aut in ſcholis*] hæc diſiunctiua
dat intelligere,ꝙ docẽs ẽt extra ſcholas ligetur,ad hoc.j.
q.iij.ſaluator.in fi.ibi non adiiciens in tẽplo vel extra tẽ-
plũ,facit.ii.q.vii.§.itẽ Paul.Itẽ decre.ſup ſpec. ſimplr ꝓ-
hibebat auditũ nõ diſtinguẽs,vbi audirẽt [*eoipſo*]recitat
hic Arc.qđ dixi.s̃.e.ſup ſpec.ſup verbo ipſo facto,cui plꝫ
dictũ Ho.¶Prima gl.dicit vñ ſumpta.¶Gl. alibi,rñderi
poterit ꝑ obiectiones & ſol.¶Gl.qđ ſi.no.q̃rit,arguit ne
gatiue,ſoluit ꝯ̃riũ.¶Gl.pe.primo,ſoluit vnũ dubiũ.ſcđo
q̃rit & ſoluit.tertio iterũ q̃rit & ſol.¶In glo.j.in fi.q̃ fuit
Inn.ſed.ver.nec accedat,additus fuit vſque ad ver.ſi quis
aũt.¶In gl.iii.in fi. dicebat Hoſt.s̃. c.iii.vtrũq;.ſ.vt tacite
ꝓfeſſus nõ ligetur,nec hac ꝯſtõne aſtringatur, introdu
tũ in fauorẽ religionis & aĩarũ ſalutẽ. ¶In gl.ex cã.ĩ fi.

4 canõ dicit,ꝙ † ſemꝑ monacus debet vti habitu xxiiij. di.
ſanctimoniali.& alius canon dicit,ꝙ ẽt in lectulo.xx.q.
j.& c.vl.Sed dicit Arch.ꝙ canon ille,qui dicit ſemꝑ,nõ
vr̃ ſic amare ſumẽdus, alleg.xvj.q.iiij. c.iiii.ibi,extra do-
mos,ſed,vt dicit,illud loquitur de ſecularib.clericis,q nõ
ſunt ſic aſtricti, ſicut monaci. nõ puto de mente,ꝙ mo
nacus in cella ſua dimittens habitum,vel dũ balneũ in
trat in occulto,vel iacẽs ſine habitu ligetur hac ꝯſtõne,
alias pauci inuenirentur non ligati, ſed qñ exhibent ſe
conſpectib. hominũ ſine habitu in habitu laicali vel ſe-
culari, clerici ſine iuſta cã ligentur tunc.& ad hoc facit
in prin.qđ vult ipſorum vagationib.prouidere.¶In glo.
& tunc.in fi.& qđ ibi no.in fi.pe.gl. pro neceſſitate mo-
naci monaſterium obligari intelligit Arc.niſi actũ fuiſ
ſet,ꝙ alius monaco ſumptus inueniret,puta ꝓpinquus,
5 vel amicus. Quærit † autem,ſi monacus in ſcholis exi-
ſtens libros,vel res pro alio ſocio,vel non ſocio obligat,
an teneat obligatio. Rñdet ꝙ non, ſicut nec ſeruus põt
obligare res peculiares.ff.quæ res pi.obli.poſ. l.j.§.j. nam
6 † monacus ſeruus monaſterij dr̃.lv. di. multos. & no. in
præ.c.non dicatis.idẽ ſi fideiuſſit.ſicut dr̃ de ſeruo fideiu
bente extra rem peculiarem.ff.de fideiuſſ.l. ſeruus.& l.ſe.
an autem is,qui monaco exiſtenti in ſtudio de licentia
abbatis,dum æger eſſet,facit expenſas,illas repetat ab ab
bate, an vero a naturali patre.vide in Spec. de ſalariis.§.
vlt.ver.quid ſi monacum. ¶In gl.quid ſi.ibi,dr̃ ꝯ.idem
Arc.& hoc teneas ſaltem,poſtq̃ monacus incidit vt ſic
cõicãs iam excõicato,pro quo ligatus eſt,ſuper quo vi-
de quod dixi de ſent.excom.contingit.j.& in in fi.hoc ſi
intelligas,vt ꝓdixi,de illo,q cõicabat iã excõicato, ſed ſi
ĩtelligas,ꝙ ante excõicationẽ ꝑꝑ auditũ doctor.hãc pœ
nã ĩcurrat,tũc eſt prorogatio, nec excedet caſum ſuũ.i.
nõ haberet locũ,niſi cum habitũ dimittit. ¶In gl.vbi
incideret.ibi,ignorãtia.intelligas veriſimili, bene enim
poſſet eſſe tanta multitudo ſcholarium, & cautela mo-
naci tempeſtiue intrantis, & in occulto ſcholarũ loco
manentis,ꝙ licet in habitu intraret, excuſaretur,& ma-
xime,vbi de habitu indiſtinctiſſimo loqueretur,de quo.
s̃.eod.li.de regulari.c. j.verſi.niſi. ¶In gl. no.ibi,ſciat.Idẽ
Ioan.mona.& Archid.Et ibi,domo propria.i.quam in-
habitat.Et ibi,excommunicatus non eſt ipſe doctor. Se
cus enim in monaco cui prohibetur auditus & ſtudiũ,
s̃.eo.c.fin.& ibi videtur per hanc.Idem hic Archid.

ADDITIO.

a ¶Monachus grece,latine ſingularis dicitur,quia debet eſſe ſingularis,
q.ſeparatus a conuerſatione ſecularium xvj.q.j.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Mutilatio membri & vltimum ſupplicium non delegantur etiam iure auctenticorum.*

CAP. III.

EPiſcopus. Ponit dictũ, cuius cãm
reddẽs ſoluit obſtaculũ,
ibi,nã licet[*vel clericus*]nõ ꝓlatus,& qa rarũ
eſt, ꝙ ſimplices clerici talẽ iuriſdictionem
habeant niſi ex patrimonio,& quia. j̃. dicit gñaliter de
habente iuriſdictionẽ nõ diſtinguẽdo qualiter habeat,
vr̃ ꝙ ẽt cleric⁹ iure p̃rimonij talẽ iuriſdictionẽ habens
hãc ꝯmiſſionẽ facere poſſit.Itẽ ſi clerico ꝑ hãc dec.hoc
lꝫ ſine irregularitatis pęna,ſatis vr̃,ꝙ ſi laic⁹ talẽ iuriſdi-
ctionẽ hñs nõ ꝑ ſe ſed ꝑ baliuũ cãs ſanguinis termina-
uit,ordinari poſſit,nec ſit irregulari.[*obtinens*]vidi dubi-
tari.an ſi talis ꝓlat⁹ alicui clerico ꝯmittit,ꝙ vice ſua bali
uũ vt ſpãlẽ iuſticiarũ deputet, & ille hoc faciat,ſit ſibi pi
culũ irregularitatis, ſi ex tali ꝯmiſſione ille procedat ad
mortẽ,vl̃ trũcationẽ,ꝑ lr̃am q̃.j̃.repetit,& ꝑ id,qđ ſeqtur
ĩ iuriſdõne ſua ꝯmiſſio,nõ vr̃ talẽ tutũ eẽ.Iſte.n.de quo
loqtur tex.excuſat neceſſitate officij, aliũ ad talia depu-
tãdo,ad qđ tenet,vt ĩ fi.Sꝫ is, de quo q̃rit,volũtarie ꝯmiſ
ſionẽ,vel mãdatũ recipit,& ſi volũtarie ꝯmittit.C.de ꝓ-
cu.l.inuitus.& iſtorũ diſpar eſt rõ, & de hoc.s̃.eo.li.de of.
dele.ab arbitris. Si ergo eps in remotis exiſtẽs non habet
notitiã baliuorũ,vel iuſticiariorũ hanc curã & ꝑtatem
deputandi,

deputandi tales non clericis ſed laicis committere dēt,
vbi vero papa committit, ſicut in rectoribus Marchiæ,
& Romãdiolæ experimur, certum eſt, ꝙ idem in eis, qđ
in ẽpis [*temporalem*] vide, quod dixi. ſ. titu. j. c. vlt. in princ.
[*iniungat*] caueant ſibi clerici a ſcribendo tales iniunctio
nes vel cõmiſſiones per ea, quæ. ſ. dixi [*maleficium*] xiij. q.
v. §. hic apparet, vbi ſunt exempla ad hoc ſpectantia.
Archid. [*balino*] i. iuſticiario, vide, quod ſcripſi de his oĩ-
bus. ſ. tit. j. c. j. iu prin. [*debitum*] de ſtatutis quæ infligũt pę
nam pecuniariam pro homicidio, vel alio maleficio,
pro quo debetur corporalis. ponit hic Arch. opi. Hoſtiē.
quam ſcripſi de conſue. c. fi. in prima glo. [*ſanguinis*] etiã
quæ mortē, vel mēbri mutilationem contineat, ex qb.
irregularitas ꝯhitur. j. de homididio. is qui. ¶ Prima glo.
dicit, quid declaret. ¶ Gl. ij. infert, ponit dictum Hoſtiē.
¶ Glo. tertia quærit & ſoluit & arg. ꝯrio rñdet. ¶ In glo. j.
ibi, generalem. dicebat Goſ. de rapt. in archiepãtu, ꝙ cõ
ſuluerat prælato habenti iuriſdictionem, ꝙ non cõmit
tat in ſpecie laico puniendũ corporaliter, ſed generali-
ter deleget cauſarũ vniuerſitatem, quæ ſunt ad pęnam
ſanguinis, & ſi Goff. intellexit, ꝙ non exprimat de pęna
corporali inferēda in ſpeciali cõmiſſione, hoc decretũ
non reſiſtit huic concilio. ¶ In glo. ii. in fi. intelligas hoc
dictum per id, quod no. de rapto. in archiepãtu. in vlt. gl.
1 nam saltē †vltimũ ſupplicium & mēbri mutilatio non
delegantur etiam iure auctenticorũ, & de his cõmittē-
dis agitur hic principaliter, vt dixi in textu. ¶ In gl. quid
ſi. ibi, dic idem. concordat Arch. allegans ēt, ꝙ in genera
li mandato non venit aliquid illicitum. ſ. tit. j. c. vlti. cir-
ca mediũ magnæ glo. Sed hic in terminis gl. non ſolũ
fecit non incluſum in mandato, immo ēt expreſſe ꝯ
manifeſtũ, & ſic nõ ĩputandũ, ex quo nõ ꝓceſſit culpa,
vt ſeqtur ĩ gl. ad quã bñ facit, qđ no. de homici. poſtu-
laſti. & leges ibi allegatæ in gl. ij. quas ibi vide ĩ ſuffragio.

¶ Explicit liber tertius.

LIBER IIII.

¶ De ſponſalibus & matrimoniis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio matrimonialis non extenditur vltima quartum gradum.*
2 *Conſanguinitas an ſit unum, vel plura.*
3 *Honeſtas in matrimonijs inſpicienda eſt.*
4 *Conſanguineos & non affines reſpicit & afficit publica honeſtas.*
5 *Sponſalia prima non ſoluuntur per matrimonium ſecundum, quod non tenet.*

CAP. PRIMVM.

EX ſponſalibus. Hoc Intendit. Sponſalia pura & certa ex conſen-
ſu valida, licet alias nulla inducunt
publicam honeſtatem, quæ habet
dirimere ſequentia ſpõſalia, ſed nõ
ꝓcedentia. quam publicam honeſta
tem non inducunt ſponſalia conditionalia ante condi
tionis euẽtum. Et ſunt duæ partes. Prima tractat de ſpõ
ſalibus puris. Primo in genere. ſecũdo in ſpecie ibi, qua
re. Secunda tractat de conditionalibus ibi, ille vero,
[*ſponſalibus*] de ſpeciebus ſponſaliciorum, & quomodo
contrahatur, de conſanguinitate quid ſit, & vnde dica-
tur, de affinitate & quomodo contrahatur, & quo coi-
tu, de publica etiam honeſtate, & quare ſic dicatur, hic
Archi. in diuerſis gloſſis valde prolixe tractauit & pote
rat prolixus propter materias diuerſas huic principio
coaptabiles, quas propter id, & quia exquiſite vltra tra-
ctatum publicæ honeſtatis in quantum erunt de mate-
ria plene alibi notata decidam, ſed quæ addiderit vltra
tria hic inſeram, quorum aliqua paruin placent, vt. j.
patebit. Remitto etiam ad ſummam, quam ſuper quat
to compoſui, & ad gloſſas arboris vtriuſque [*& certus*] or
dina, ſic oritur impedimentum iuſticiæ publicæ hone
ſtatis efficax ad impediendum &c. & redeas, etiam ſi cõ
ſanguinitas &c. poſtea tolle illud, quare &c. [*conſanguini-
tatis*] cum conſanguinitas dicatur vinculum perſona-
rum ab eodem ſtipite deſcendentium, quod dictũ ſal-
uatur non ſolum in collateralibus, ſed etiam in aſcen-
dentibus, vt per ſe patet. Obicit Archidiaco. ꝙ ſm hoc
omnes ſunt conſanguinei, quia deſcenderunt ab Adã.
Rñdet, ꝙ ſtipes dicitur in cuius lumbis illi fuerunt, nec
exceſſerunt ſeptimũ gradum olim, hodie quartũ. Miror
de hoc dicto, ꝙ vinculũ conſanguinitatis reſtringatur
ad quartum, quod eſt falſiſſimũ, & dixi in arbore con-
ſanguinitatis in fi. regularum. Sed bene fateor, quód
1 †vinculo conſanguinitatis durante prohibitio matri-
monialis non extenditur vltra quartum gradũ. hoc. n.
papa potuit, non tamen facere poſſet, quin in quinto &
vlterioribus ſint conſanguinei. vnde etiam hodie vlte-
rioris gradus fatemur & cõputamus, de conſan. & affi.
quod dilectio. & c. non dēt. & c. vir qui. obiectionē autē
confiteor. & dico. ꝙ omnes ſumus conſanguinei Adæ,
ſed gradus computari impoſſibilitas nõ patitur. nec ali
qua expedientia, vel neceſſitas exigit. Adhuc quærit, an
2 †conſanguinitas ſit vnum, vel plura. refert Hugonē di-
cere, ꝙ coſanguinitas ſit vnum, & in vno tñ, quare alia
conſanguinitas, quæ eſt in me, & alia. quæ eſt in te. duæ
.n. conſanguinitatis & relationes ſunt in me & in te, q
dicimur cõſanguinei. hanc ſubtilitatem parũ aprecior,
& ſm hoc de matrimonio poſſet fieri eadem qõ, licet
iſtud propter vnicum conſenſum licet duorũ, & pp vĩ
ſacri fortius dicatur vnũ affinitatis, hoc aliqñ ponitur
pro conſanguinitate. xxxv. q. iij. c. j. & q. viij. hoc ſalubri-
ter. qñq; ſit ecõuerſo. ea. ca. & q. x. fraternitatis. ſm Arc.
qui de extraordinaria pollutione hic notauit, qđ ſcripſi
poſt Innoc. & alia, de eo qui cog. conſan. fraternitati. de
fornicatio ēt coitu, ſuper quo hic inſtat. vide in arbore
affinitatis, in princ. Matrimonia ꝯcta cũ conſanguinea
ſponſæ. non ob. ſ. eo. ſi inter. ibi. n. ſolum impedimentũ
ſponſaliorum hic ēt vltra illud impedimentũ publicæ
honeſtatis. Item decre. prima, de matrimonio ꝯcto cõ-
cor. quia ibi non valuit ſcđm matrimonium pp publi-
cam honeſtatem, & ideo remanſit cũ tertio. [*iuſtitiæ pu-
blicæ honeſtatis*] iſtud impedimentũ procedit a conſtitu-
tione eccleſiæ, q̃ putauit hoc honeſtũ, vt in gl. & per hoc
corrigitur quo ad literalem intellectum, qđ hr. viij. q. i.
olim. & vt dicit Hug. xxvij. q. j. ſiqs. j. & Arch. hoc pp defe
ctũ nominũ vel impedimentũ tale nomen accipit. nul
li. n. ex cognationib. ſpũali vel carnali attribui poterat,
vnde ſi aduertat ſtudens, nc aliud decētius nomē occur
3 ret. inſpicimus †aũt in matrimoniis nõ ſolũ quid liceat,
ſed & quid honeſtũ ſit. ff. de ritu nup. l. ſemper. Ho. autē
optabat, vt ſcripſi de ꝯſangui. non dēt. ſuper fine vl. gl. ꝙ
iſtud impedimentũ ſicut p eccleſiã eſt inductũ, ſic p ec
cleſiã tolleretur, & remiſſionē dabo ſup glo. hic ſignata,
& idē optat de cognatione legali, docuit tñ experientia
multa mala per tēpora obueniſſe pro eo, ꝙ ꝯſanguinei
deſponſatas per cõſanguineos ſuis ſtudiis receperũt po-
ſtea in vxores. & memini iamdudũ legiſſe in cronica
Aciolini de romano. ꝙ peſtilentes guerræ, quæ tpe ſuo
fuerunt in marchia Triuiſana, ab hoc recipere princi-
pia. Sed iſta conſideratio ceſſaret mortuo ſponſo. dicit
autem Archi. ꝙ pollutio extraordinaria nõ inducit hãc
iuſtitiam, quia citra maritalē affectum. xxxv. q. iij. extra-
ordinaria. conatus tñ ad copulam bene inducit illam. ſ.
eo. iuuenis. & c. fi. ego hic derideo, & dico ꝙ iſta publica
honeſtas fundatur ſuper cõſenſu ſponſaliorum, vt hic.
nec inducit p nixum copulæ. imò nec per copulã, q̃ lʒ
deficiētib. ēt ſpõſalib. poſſit ĩducere affinitatē, nõ tñ hãc

publicam honeſtatem.fateor tñ,ꝙ ſi ſponſalia ſequan-
tur , ēt ſolo niſu ad copulam fortificatur publica ho-
neſtas,quaſi per id fortius conſenſus appeat,eſſet tñ da-
re caſum,quo talis niſſus induceret honeſtatē,qñ in ſan
tes ambo, vel alter ꝯhunt ſponſalia , q̄ non tenēt, ſed ſi
poſt infantiā conſentirent in niſſum ad copulā habere
mus publicā honeſtatē,ſed non inquantū eſſet copula,
vel niſſus ad illā, ſed inquantū haberet deſignare cōſen
ſum durare tp̄e infantiæ præſtitū.ꝭ.ti.j.c. j.in prin.Qua-
re ſpecificat qđ p̄miſit [*ſponſalia*]de futuro,quod patet ī
fi. huius partis , ſi enim remanet obligatus ad mr̄imo-
niū ꝯhendū. ergo nō ꝯxerat.Itē.ſ̄.nominauit hæc vt di-
uerſa [*determinate*] & rñdet ei quod dixerat certis [*Con-
traxit*]ita ꝙ tenuit ꝯctus ex conſenſu, vt.ſ̄.[*conſanguinea*]
4 nō.n.†affines,ſed ſolū ꝯſanguineos reſpicit.afficit publi
ca honeſtas, & ſatis miror de Io.mo.q tenuit in hoc in
quadā ſua addit.ꝯtriū,æquiparando cōſanguineos & af-
fines, quod eſt falſum.primo,quia iura de hac materia
loquentia ſolos conſanguineos exprimunt. ſ̄. eo.conti-
nebatur.in fi.& c.duo pueri.de ſpon.ſponſam.cū ſimili
bus,in quibus non inſto,quia nō eſt parēs, cū nedū ſpō
ſus de futuro,ſed ēt maritus poſt conſumationē matri-
monij mortua vxore licite ꝯhat cum vxoris affinc. illa
enim eſt ſibi in ſecundo gradu affinitatis , cuius prohi-
bitio eſt ſublata per dect. non debet. de conſan. & affi.
Et dic,cōſanguinea infra quartū gradū, alias nō fuiſſet
qō[*quibus*]ſpōſalibus primis obligatus. An taliter ꝙ co-
gatur,remittit Arch.ad notata.xxvij.q.ij. §.ſed conceda
tur.& c.lator.xxxvj.q. ij.in ſumma. & xxxj. q. Ij.in ſum-
ma. & ſ̄.c.ex literis.ij.Et per hanc lr̄am patet,qđ ſoluen
5 do dixi in ij.q.quā Paduæ diſputaui.ſ.ꝙ† prima ſponſa-
lia nō ſoluuntur p matrimoniū ꝯm, quod nō tenet.ſe-
cus ſi ꝯm matrimoniū tenuiſſet, licet ſolutū fuiſſet per
religionis ingreſſum.Et vide, quod ſcripſi.ſ̄. de ſponſa.
Sicut & ſuper regula.nō præſtat.ꝭ.de reg.iur.vt.ꝭ.dicam
[*Sub conditione*]de futuro,vt dicā ſup gl.[*Non habentibus*]
habent ergo ſolā ſpem.inſti.de ver.ob.§.ex cōditionali.
vinculū aūt & impedimētū ſupueniens illius ſpei tollit
effectū . Sicut ergo cōditione deficiente perinde eſſet,
ac ſi nō eſſet ꝯctū.C.cōia vtriuſque iudicij . ſi cū patro-
no.Ita ēt ꝯm Io.mo. qñ iure prohibente cōditio & eius
effectus extare non pn̄t.vide,quod no.ſ̄.c.li.de reſcrip.ſi
p te.ſup.iiii.gl.& quod ſup ea dixi[*nulla*] nedū dirimens
ſed nec impediens hoc ſonat vniuerſale negatiuū.¶ Pri
ma gl.dicit.qd declarat.¶ Gl.no.ꝙ rñdet per ob.¶ Glo.
reprobatur,dicit,quid approbet,& reprobet ille.§.¶ Gl.
quid ſ̄.quærit & ſol.¶ Glo. vlti.primo ſoluit duo dubia.
demū ponit opi.Hoſt.q̄ rñdet per qōnē.¶ In glo.ſ̄.de.in
fi.& vide dictinctionē,quā ſcripſi e.ti.fraternitatis. in fi.
¶ In gl.p̄cedētis & approbatæ.ſ̄.de voto.c.vno.¶ In glo.
puta.in fi.vel per locū,vbi locus eſt patens,ꝯm Vin. qui
ſic no.e ti.ad audientiā.& Arch.hic,ad hoc,xxij.q.ij.ne
qs.verſi.illud aūt.facit.ſ̄.de ſen.exc.c.j.& quod ſcripſi,de
deſpon.impu.duo pueri ſup.v.gl.¶ In glo.bñ ergo.in fi.
ad quod facit ꝯm Archi.quia ſufficit, aliquid eſſe factū
ad hoc,vt pœna cōmittatur. licet de iure nō teneat,al-
le.ff.ad ſille.ſi qs in graui.ſi qs codicillos.ad.l.cor.de ſic-
ca.ſiquis legatus. C. de exc.iu.ampliſſimi.ar.ff.de his q.
vt indig.l cum quidam. Multa iura circa hoc , q̄ meli⁹
faciunt,& p q̄ probatur ſufficere illum actū, q reqritur
ad aliquem effectum de facto fieri , & ſi de iure teneat
no.vide in ſecūda queſtione,quam Paduæ diſputaui lo-
cata ſuper regula non præſtat.ꝭ.de regu.iu. in parte pri-
ma.ver.sed ad huc,qūo autem etiam ad illa rñdeatur,in
quantum obſtant ſolutioni,de qua dixi in textu ſuper
ver.obligatus.patet in quæſtione prædicta. ij. ¶ In glo.ſ̄.
eo.ibi mēs,viuens,vel mortuus. Et vide,quod ſcripſi de
hoc impedimento publicę honeſtatis,& tractatu ſuper
ipſo habito in concilio Lug.in decre.non debet, de cō-
ſan.& affi.ſuper glo.vt melius ¶ In glo.no.quod,in fi.itē
ſi ꝯtrium diceretur, parata eſſet fraus ſponſo vel ſponſæ
nolenti ſeruari promiſſa per hunc modum promitten
do.ſ.contrahere cum illius conſanguineis infra quartū
gradum.& ſi dices,habet etiam alias, vt in glo. seq. Rñ-
deo,ꝙ nullam habet iam facilem.¶ In glo.quid.ibi.ꝯhit
cum conſaguinea primæ,de qua loquitur litera.¶ In gl.
vlti.ibi,de illis.& de hoc ſatis eo.tit.per tuas. & ibi,contra
cta fuiſſent. Item intelligas de conditione de futuro non
de præſenti vel pręterito,quod probat Io.mo.per hanc li
teram,quæ dicit,ante conditionem extantem.illæ enim
in veritate erant,nec ſinunt morari obligationem, alle.
ff.ſi cer.pe.proinde.melius probat.l.cum ad præſens.c.ſi.
& vide,quod dixi de condi.ap.c.ſi.ſuper prima gl.in prin.
& ibi,impedimento.vbi ergo non apparet impedimen-
tū,procederet id,qđ placet hic Arc.ꝙ cenſetur ꝯctus pu-
rus,in quo ſatis inſtar hic.nec gl. in eo caſu reſiſtit . & iō
plus non inſto.Ioā.mo.non expreſſit de impedimento ,
quod ponit glo.ſed puto, ꝙ eundem habuit intellectū ,
& ibi,legatarij,vide,quod no.ff.de condi. & demonſtra.
l. aliquando.

¶ De deſponſatione impub. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia non contrahuntur per proximos ſeptennio.*
2 *Sponſalia de futuro verbis & mente contrahentium per amplexus, oſcula & his ſimilia non tranſeunt in matrimonium.*
Tutor non conſtituit ſponſalia ſine voluntate puellæ.
4 *Pubertas & cura finitur in vtroque ſexu finito.xxv.anno.*
5 *Verba de præſenti non ſemper habent conſenſum de præſenti.*
6 *Matrimonium carnale non eſt ita aſtrictum.ſicut ſpirituale.*
7 *Sponſalia cum impubere contracta poſt pubertatem non tranſeunt in matrimonium per dona,vel viſitationem.*

C A P. P R I M V M.

SI infantes. Sunt tres partes,
prima tractat de
ſponſalibus contractis per infantes
ambos,vel alterum.ſecunda ibi, qdē
quoque . de matrimonio contracto
per ſpuberes.tertia ibi, porro.de ſpō-
ſalibus contractis per parentes pro fi
liis.& hoc pro diuiſione ſufficiat & pro ſumma, qa ſum
mando nō poteſt breuiter recitari.realem.n.& pulcher-
rimam formam habuit hæc decret. determinat autem
principium no.xxx.q.ii.c.vno.& ſ̄.eo.literas.aliæ diuerſę
determinationes infra ponuntur in glo. [*alter minor*] vt
ergo teneant ſponſalia,requiritur,ꝙ vterque ſit maior ſe
ptennio[*parentes*]vide.xxxj.q.vlt.c.vno[*cohabitationem*]in
domo viri,vel mulieris,vel alterius, vt dixi in parte pro-
xima ad finem,dicit euidenter ſimile.ſ̄.eod.ti. de regula.
1 non ſolum.[*Maiores*]nota,†ſponſalia non ꝯhi per pro-
ximos ſeptennio,de hoc hic Archi.de quo.ſ̄.de ſpō.iu-
uenis.vbi etiam ſcripſi super.j.glo.& ibi videas,vt autem
recitat Archid.I lug.Lau.Ioan. dixerunt , tp̄s eſſe debere
perfectum , niſi eſſent ſeptennio proximi , ꝙ eſſet capa-
citas intelligentiæ,& hoc ipſum no.xxx. q. ii. in ſum.&
Goff.in ſum.de ſpon.§.& non alii ꝯ.ꝙ omnino debet eē
ætas perfecta.facit,quod de profeſſione dicitur.ſ̄.de regu
la.ad noſtram.Item tempus iſtud a iure limitatum non
vr̄ exceptionem habere ſcriptam in iure . ergo illi ſtabi-
tur,pro hoc facit ille textus.Archid.dicit poſſe recipi me
dium,vt dictum hoc habeat exceptionem , qñ malitia
ſupplet ætatem , & mulier tentata fuit. vide in præd.de-
creta.iuuenis. Si enim proxima ſeptennio plus intelli-
git,quam conſueuerunt intelligere,forte nouennes,qua
re non valebit illius conſenſus in ſponſalia, ex quo pro
uidentia præuenit in matrimonio,& de hoc non dubi-
tatur,vt ſequitur,quare non poterit p̄uenire in ſponſali
bus pp̄ aſperitatem religionū , & ēt ob vitandas apoſta-
ſias,in illis ſtatutum eſt requiri perfectā ætatem.de hoc
& de teſtamento vide,quod ſcripſi. ſ̄. eodem.tu*æ* . ſuper
ver.

ver.nubilis.& iō ↄcludit ex p̄dictis. idē declarat,ſtatī,ꝙ ve
tat iſtud idē impubes . vñ pubes & īpubes dicaī , vide de
ↄie. dult.iiii.eos quos.ī fi.ſ.eo.ti.pubes.[*impuber*]nō proxi
mus &c.vt ſequitur ꝓximi.vide, quod no. ſ. cōtinebat.
in fi.c.de illis.ii.& c.atteſtationes. [*Et in quibus*]ex copula
patet hic duo requiri cōiunctim,ꝙ ſint pubertati proxi
mi, & quod malitia &c.idem ſcripſi ſup.e.c. ij.[*malicia*]
ſ.e.c.fi.vocatur prudentia:& ibi vide,qñque dr̄ bonitas
C.de prox.ſacro.ſcri.vnicuiq; li.xii.lxxvii. di. monacus.
exponitur aūt ſm̄ Arc.p naturali vigore & potētia co-
eundi.[*non tenuit.*]ſ.e.tuæ[*dicti temporis.*]id eſt pubertatis,
de quo præmiſit copulā,quod ſcripſi poſt Hoſt.de qua-
tuor effectibus huius copulæ.ſ.eo.ti.tua.ſup ver.copula.
hic ponit Arc.Subdit ēt quod poſt Vincen. ſcripſi , de
ſpon.c.fi.poſt principiū [*modum alium*]hic patet ſpōſalia
de futuro tranſire in matrimoniū p̄ter carnalem copu
lā,ↄ,de ma.cōtrac.j. Arch.ſignat,nō ſoluit.Tu dic, vt ibi
2 ſcripſi ſup ver.amplexata,ꝙ † ſponſalia de futuro verbis
& mēte ↄhētium per amplexus , oſcula & his ſimilia
nō tranſeunt in matrimoniū,vt ibi,nec mirū, qa nec p
nixum carnalis copulæ tranſeunt,vt ſ.de ſponſalibus.c.
fi.ſed illa,q̄ verbis & mēte contrahentium ſunt de p̄ſen
ti,tñ iuris interpretatione ſunt de futuro, bene tranſeūt
in matrimoniū p̄ter copulā p oſcula,amplexus & ſimi
lia interueniētia poſt tp̄s pubertatis,vt hic. vtroque.n.ca
ſu cōſenſus fortificat,quod agebaī. Sed qd dices, qñ in-
fantes ambo, vel alter ↄtraxerūt p verba de p̄ſenti,alſ nō
eſſet quæſtio Et poſt infantiā apparuit illos in eadē vo-
luntate manere,ita ꝙ ratificata ſunt ſpōſalia,poſtea cō-
pleat pubertatem & alias:qm̄ per copulā apparet dura-
re volūtas,& erit ne matrimonium , vel ſola ſponſalia,
litera hic loquitur de verbis prolatis ab impubere.abſur
dū vr̄ illā extendere ad verba prolata per infantem , cū
illa a principio fuerint nulla,vt primo rñ.Et bene facit.
ſ.eo.lib.de regular.c.j.ij.rñ.cōtractum factum per verba
de præſenti inter eos , quorū alter ſolum erat impubes.
[*inducta.*]nec mirum,quaſi verba de futuro ideo petanē
inter tales.fortius verba de præſenti ,quæ fortius expri-
mūt cōſenſum,ſup quo fundatur hęc prohibitio[*paren
tes.*]videtur ēt,ꝙ matrē includat,ſicut & de ipſa dr̄,ꝙ po
teſt filium religioni.xx.q.j.c.ij.& q.ii.c. j. & ſcripſi de reg.
c. ij.in prin.nec obſtat,ꝙ mater filium in poteſtate non
habet.ſ.de conuer.c.ij.qa & iſta litera nō diſtinguit , an
filius ſit emancipatus nec non[*contradixerit*]conſangui-
nea ſponſę infra quartū gradum ↄhere poterit, & eſt
idē.ſ.ꝙ obligatur , & oritur publicæ honeſtatis iuſticia
[*tacita.*]exemplum,de qua.ſ.de proximo nō cōpetit , qa
loquitur in p̄ſenti,nūquid ergo dicetur tacite conſenti-
re,ſi certificatus tacuit in p̄ſente,qui tacuit in ↄctu , eſt
expeditū.ſ.proximo.idē videtur in eo caſu,arg.in cle. de
procura.c.j.ſed illa non facit,qa ibi ſic ſimpl̄r non tacet
vt ibi not,In vul.gl.puto ergo, ꝙ neceſſarius ſit actus, ꝙ
liquido,vel euidenter pateat ipſius aſſenſus.facit.ſ. eod.
c.j.& ii.rñ.[*obligantur.*]ff.de ſpon.filio.ff.de ritu nup. non
cogitur.Io.mo.ex hoc autem inſurgebat,quod ſequitur
cum honeſtas conſenſu fundetur.ſ.ti.j.c.vno. ſed fuit ex
primendum propter id,quod ponit vlti.glo. ¶Secunda
glo notat differentiā inter infantem & impuberē. ¶Gl.
ſ.de ſpon.no.pro opi.Goſ.ↄ opi. Tan. quam ēt impro-
bat per rationem.¶Gl.approbatur.dicit, quid approbat
& illud coadiuuat.Antepenul.gl.rñ.per.q. & ponit opi.
Hoſtien.contrariā Inn.& primam approbat. ¶Vltima
glo.dicit,quid reprobet & quid approbet.¶In glo.j.ibi,ſi
infanti.ſequitur,ideſt minor.vii.annis.¶In gl.approba-
tur.ibi,obligatur.veluti,cum indebitū per errorem ſol-
uendi cauſa datur.¶In gl.& no.ibi,quæſitum.Si præceſ-
ſerunt ſponſalia ante pubertatē & in domo nuptæ loco
cæperit eſſe,durant ſponſalia , aliter. ſola traductio non
facit ſponſalia.& ibi, multum intereſt. vide in prædicta
decr.cū ſuper.¶In glo.antepe.ibi, ſed quæ patris , ſequi-
tur,voluntati non repugnant,conſentire intelligitur. &
ſe.dicit,ꝙ filiofam.diſſentiēte ſpōſalia nomine eius fie-
ri non poſſunt. Et ibi.viduæ.ēt vidua minor.xxviii.ſecū
das nuptias ſine patris conſenſu non contrahet. Et ibi,ſi
3 puellæ.tutor † ſine voluntate puellæ non conſtituit ſpon
ſalia.¶In glo.j.in fi.xxx.q.ij §.j.¶In glo.ii. ibi , pubertatē
inchoandam.in finienda.n.non eſt in ſexu differentia.
4 In vtroque.n. † ſexu finitur pubertas & cura finito.25.an
no.C.ſi mi.ſe ma.di.l.j.ſi ma.fac.ſine decr.l.fi.Inſt. de cu-
ra.in prin.& in fi.quæri ſolet de differentia,quare non ↄ
ueniunt ſexus.in tempore medio ſicut in primo & ter
tio.finitur.n.infantia eodem tempore.idem de adoleſcē
tia.In pubertate vero diſcrepant in tempore , ſed etiam
ſcripſi poſt Hoſt.eo.tit.literas.ſuper verbo compleſſet , &
vltra ibi dicta iuriſtæ ſufficiat , ꝙ natura pubertatē fecit
diſparē in ſexu . cū ꝑcipiamus naturaliter pubeſcere fœ
minas in xii.& mares in.xiiii.lex aūt poſitiua dēt ↄueni-
re naturæ.iiii.di.erit aūt.inſti.de adop.circa mediū. facit,
quod dicā.ī.de hære.ſtatutū.§.poſt. ¶In gl. vt qa poteſt.
in fi.& ſic ſit reprobatum,quod dixerat Hoſt. ſ. literas. j.
qñ ſeorſum habitant,non refert ratificari ſponſalia, niſi
per ↄſenſum exp̄ſſum.¶In gl.in fraudē.ibi,exp̄ſſo.Io.mo
na.dicit vero,vel p̄ſumpto.alle.ff.loca.itē q̄ritur. §. fi. & l.
ſe.¶In gl.ſ de.ibi,& Hoſt.q̄ adhuc hic placet Arc. Dicit
n.ſe vim facere in eo,quod hic dicit , ſupplebat , ergo fa
ctum reſpicit,& neſcio quid valeat ſic dicere . Itē rñdeat
rationi,quæ ſequitur in gl.Et ibi, contrahunt matrimo-
niū ſimul,vel cū diuerſis,non curo. ¶In gl. approbatur.
5 ibi,ſuper eo . ad hoc inducitur , quia † non ſemper ver-
ba de præſenti habent conſenſum de p̄ſenti. ¶In glo. &
non ſponſalia, in fi.arg cōtra.ff.de codicil.l.j. vbi de hoc
iura pro & ↄ.Quærit hic Ioan.mon.quare non ſit In ma
trimonio ſpirituali, vt ſi non valeat vt electio , valeat ſal-
tem vt poſtulatio,quod eſt falſum.de poſt.c. fi.reddit ra-
6 tionē,quia † carnale non eſt ita aſtrictū formæ, ſicut ſpi-
rituale.nam in primo ſufficit mutuus conſenſus,de quo
conſtet,ſed in electione non ſic , q̄ p certas formas hēt
fieri,de electio qa propter.Item quia electio p̄cedit initiū
matrimonii ſpiritualis , quod initiatur per conſenſum
ele.vnde non eſt mirū, ſi fortius euacuantur præcedētia
conſenſu, quā ea quæ conſenſu ligantur.ī. ti. j. c.ij. Item
electio veriſimiliter cadit in ſapiētes, quorū culpa mul-
tū cōtēnant.Sed fatui & fatuæ maiores & minores ma-
trimonia ↄhūt,de reſti.ſpo.ex parte. Et de talibus accipia
tur,quod elici poteſt.¶In glo.vt quia ſimul.ibi,cohabita-
uerant.& hoc ſolo caſu intelligit hoc verbum,dixit hoc
nō aduertēs,quod dixi in textu ſup ver.aliū. ¶In gl. ſtatī.
7 ī fi.vt ibi.ſcripſi.in fi.dixerūt.n.ꝙ † ſpōſalia cū impubere ↄ
cta poſt pubertatē nō trāſeūt ī matrimoniū p dona. vel
viſitationē & ſimilia.¶In gl.ergo.ibi , conſentit . cū hic
agatur de re naturali appetibili. Io.mo.¶In gl ↄ.ibi,ad id,
quod hic loquitur in vitrico,ſequens in fratre,dec.ex par-
te .ſuperius alle.in patruo, & ibi contrariū. ꝙ hic placet
Arch.dicit enim probari non poſſe , ꝙ patruus , fratres,
vel his ſimiles poſſint illum obligare ſine expreſſa volū
tate,vel ratificatione,potiſſime caſu,quo verba requirū
tur,vt in ſponſalibus,vel matrimoniis.de ſpon.ſi inter.&
c.tuæ.in parentibus ſecus,vt hic, ad decre. primā. de ma.
ↄc. rñdet cum Goſ. quod illa corde & ore conſenſum
expreſſit.concordando dici poteſt hoc in parentibus ſpe
ciale,ꝙ ſufficiat taciturnitas præſētium,qñ per parētes ↄ
trahuntur.Ratificatio vero expreſſa,vel tacita requiritur
in aliis,nec ſufficit taciturnitas.vnde ſi bene aduertis,hæc
gl.non ſignatur ſuper ea parte , quæ de taciturnitate loq
tur,ſed ſuper ea,quæ loquitur de ratificatione.

¶ De cognatione ſpirituali. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas per procuratorem an contrahi poſſit.*
2 *Patrinus apud Deum eſt fideiuſſor.*
3 *Mutus non poteſt baptizare , nec puerum in baptiſmo tenere.*
4 *Baptiſmi ſubſtantia eſt aqua & forma euangelica.*

C A P.

CAP. PRIMVM.

NEdum. Poteſt diuidi ĩ tres par
tes. prima ponit qua-
tuor ſpirituales cognationes proue-
nientes ex leuatione in baptiſmo. ſe-
cunda ibi, & fateri. ponit totidem, q̃
ex baptizatione prouenių̃t. Tertia,
illas omnes repetit in confirmatio-
ne ibi, ex confirmatione. [*illū*] Xp̃ianum de iudęo, pa-
gano, vel hæretico no. xxx. q. j. c. j. de conſe. di. iiii. in bap-
tiſmate. vide, quod diſputãdo terminaui in q̃ōne, quã
poſui ſuper regula qđ non eſt. ſ. de regu. iur. vbi tenui
cũ hæretico & ex eius actu bene ꝯhi ſpiritualẽ cogna-
tionẽ, ſecus in pagano vel iudæo. primus. n. incorporatꝰ
fuit eccleſiæ ꝑ ſacr̃m baptiſmi, ſed non ſecundus. & iō
ſpũalis cognationis ꝑticeps eſſe nō pōt, & vide qđ dicã
ſuꝑ ver. ꝯhi. Itẽ cũ litera infra loquatur de ſuſcepto in ba
ptiſmo, refert Arch. Hug. tenere, ꝙ iudęus cũ ſua cōma
tre. ſ. q̃, vel cuius vir tenuit filium in circuncisione, licite
ꝯtrahit. idẽ de illa, quã in cathechiſmo, vel circũciſione
tenuit, ex quo baptizata non fuit, qa ꝯſtitutionibus ec-
cleſiæ hoc prohibentibus non aſtringit̃, ſed ſi baptizata
eſſet, tũc impediret diſparitas cultus. xxviii. q. i. caue. [*Su-
ſcipit.*] ꝑ hanc lr̃am & multa iuta, q̃ vtunt̃ ſimili verbo, q̃
denotant requiri actũ corporalẽ, ꝑ. l. ff. de adop. l. neq; &
1 l. in adoptionibus. & l. poſt mortẽ. dicit hic Arch. ꝙ † cō-
paternitas ꝑ ꝓcuratorẽ ꝯhi nō pōt. D. meus in ſua diſpu
tatione tenuit ꝯ̃riũ. vide in mercu. co. li. de reg. iur. poteſt
q s. vbi approbatur opi. Arch. ꝑ c. de his. xxx. q. j. filios om
nes genitos ante vel poſt cōpaternitatẽ. xxx. q. iii. §. filii
vero. alias. alii vero. & c. le. & ſ. co. c. j. [*contrahi.*] ex hoc ꝯ
tractu obligatur patrinus: nam filiolos docere tenetur
ſymbolum, orationem dñicã, & quædam alia, q̃ ꝑtinẽt
2 ad ſalutem directe, de ꝯſe. di. iiii. nos aũt. vbi dr̃, ꝙ † apud
Deũ patrinus eſt fideiuſſor ꝓ filiolo. & vide, qđ ibi no. ꝑ
qđ ẽt Arc. arguit ad id, qđ ſ. dixi, infidelẽ nō poſſe eſſe pa
trinũ poſt contractum, remittit Arch. xxx. q. iii. & iiii. in
ſummis [*ſuſcipiente.*] Non dixit r̃ndente, ꝑ qđ inducit Ar
chi. hanc literã, & ẽt ꝑcedentẽ, ſufficit ſuſceptio, ẽt ſi ſuſci
piens nō loqtur moroſe, no. in ſumma de matrimonio
§. qualiter ꝯhat̃. ver. & nũqd, ꝓ Hoſt. facit, vt ſicut ĩ bapti-
zante requiritur verbum. ſ. de bapti. ſiqs. de cōſe. di. iiii.
prima igitur. & j. q. j. detrahe. Sic requiritur ẽt ĩ leuãte, qa
r̃ndere dẽt, de cōſ. di. iiii. paruuli. nec ſufficit annuere, ſed
dẽt dicere volo, ita ꝙ omiſſa ſit cautio, vt in præd. c. j. ver.
nũc vero. & facit, qđ ibi no. ĩ gl. hoc ergo. & ſ̃m hoc ſicut
3 † mutus nō pōt baptizare, ita nec puerũ tenere, vt in ꝑ. c.
paruuli. R̃nſio. n. ad celebritatẽ ꝑtinet ſacramẽti. di. 100.
cum puulis. & c. nihil. Sed, vt dicit Arc. Hug. recipit illud
verbũ celebritatẽ, pro ſolennitate nō ꝓ ſubſtãtia. Nō. n.
oĩa, q̃ dicuntur, vel fiunt in celebratione ſacramentorũ
4 ſunt de ipſorũ ſubſtãtia, de ꝯſe. di. ij. vtrum. ſubſtãtia † aũt
baptiſmi eſt aqua & forma euãgelica. de hoc. j. q. j. detra-
he. [*confirmatione.*] de hoc. xxx. q. i. c. ij. & ca. dñm. & ca. de
his. & de cōſe. di. v. c. j. & ſe. vſq; ad c. omni die. exhibetur
aũt poſt baptiſmum. de cōſe. di. v. c. j. & ad robur. iiij. di. c.
ij. Et qa ad confirmationẽ accedens non præſumitur a
ſeipſo robur hr̃e, ideo licet ſit maior, tenetur ab illo ſigni
ficãdũ, quod per ſe ſtare non poſſet, de conſe. di. iiii. in ca-
thechiſmo. cũ duob. c. ſequẽtib. & hoc ẽt dixit Thomas
vt refert Arc. [*ſeu*] expoſitiuũ. ſ. ꝓ ideſt. ¶ Sc̃da glo. q̃rit &
remittit. ¶ Tertia glo. r̃ndere pōt ꝑ tres q̃ōnes, prima qđ
ſi poſt tm̃ cognita. vlti. quid ſi non cognita. ſecunda quæ
ſit ratio, quare coniuges communicãt ſibi &c. ¶ Quarta
gl. ſupplet quintum caſum. ¶ Gl. igit̃ ſi, ſoluit duos caſus,
ſ. de ſorore filiæ ſpũalis, & de filia ſpũali filii carnalis. ¶ In
glo. ij. in fi. Et dixit poſt Inno. ſ. c. Martinus. vbi ipſa reci-
tat opi. contrarias nil approbans. Arc. hic tenet, ꝙ non
contrahatur per rationem quam ponit iſta glo. in fi. Ad
decre. ꝯc̃ç. r̃ndet, ꝙ loquitur ſ̃m opi. mulieris, vt ibi dixi
ad id, quod dr̃ de affinitate. R̃ndet, ꝙ illud eſt vĩculũ car-
nale, qđ per carnalia & illicita ꝯhi poteſt. ¶ In gl. ſi igitur.
ibi, vel leuans. vel ipſius vxor prius incognita. Et ibi, filia
carnalis. & econuerſo. filiam carnalem filii ſpiritualis.
¶ In glo. vt ſi ibi. baptizans, vel ipſius vxor prius cognita.
¶ In glo. hoc fit. ibi confirmationis in fronte, vt hic, lo-
cus. n. eſt de ſubſtantia ſacr̃i. remittit Arch. de conſe. di. v.
nouiſſime. ¶ In glo. vlt. ibi. confirmantem. & ipſius vxo-
rẽ prius cognitã. & in fi. nec eſt plures reperiri, q dirimãt,
vt j. c. proximis, iſti autẽ omnes pertinent ad paternitatẽ
& filiationem, aut ad fraternitatem, aut ad cōpaternita
tem, & in his tribus cōſiſtit oĩs cognatio ſpiritualis, non
enim habemus auos, vel nepotes ſpirituales. & vide, qđ
ſcripſi. ſ. co. tit. ſuper ru. & c. Martinus. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Catechizare quid ſignificet.*
2 *Vix, aduerbium multa ſignificat.*

CAP. II.

PEr catechiſmum. Ponit di-
ctũ quod,
primo probat ibi, vt ex, ſc̃do determinat ibi.
per illam ꝯhitur oĩbus illis modis, de qbus
ſ. c. proxi. dicendo enim ipſe Clemens in decr. ꝯc̃tæ. [*tales
res*] multis modis accipitur, remittit Arc. ad ea q̃ ſcripſit
xl. di. ante oĩa [*cognationẽ*] ex catechiſmo ꝯc̃tam poſtea
de prius contracto non eſſet dubium, & ſi eſſet cogna-
tio per baptiſmum. ſ. eo. ſi vir. ¶ Prima glo. tria facit, di-
cit, quid determinat, ponit ſummam, & quid ſit cathe-
chiſmus. ¶ In gl. pe. ibi. vix. certis ex cauſis. ſeqtur, aduer-
ſus dños ſeruos cōſiſtere, permiſſum eſt. ¶ In gl. j. i fi. ſ̃m
1 Hug. catechizare † græcũ idem, qđ adiuuare. de conſe. di.
iiii paruuli. & c. ſicut noſcis. ¶ In glo. iii. in fi. aliter. Arc.
de conſe. di. iiii. in catechiſmo. & ſ̃m vnam lecturam ꝓ
batur. xxx. q. iiii. c. iij. ibi. Xp̃ianitas. nã & Xp̃iana dr̃ mu-
lier catechizata. xviii. q. j. caue. ¶ In glo. ſ. compaternitas.
in fi. de hoc. xciii. di. mitatus. in princ. & xii. q. ij. hic hu-
ius, iuxta finem, ſic ponitur. xix. di. in memoriã. in prin.
de ele. non reſi. conquerente. Sic ponitur difficulter. ſ. de
dolo & contumacia. veritatis. verſic. tandem: Et ponit
Arch. verſum. Vult remouere ſere. vix verbum vult reti
nere. Et, vt dicit, hanc ſignificationẽ nō recipit hæc di-
ctio in perpetuo & abſolute prohibitis. ff. de aſſigna. li. l.
2 vlt. ibi. vix † pōt. i. nunquam pōt. ff. ad velleianum. tutor.
vbi ponitur vix pro impoſſibili. ff. de verb. ſign. alienatio
nis, circa princip. & ff. de le. iij. ſi inter. & vide quod de ver
bo difficile no. de teſti. ꝑcentiũ. in vlt. gl. vltra mediũ.

SVMMARIVM.

1 *Mulier adoptare non poteſt.*

CAP. III.

QVamuis. Tria ſunt dicta, q̃ ſatis patẽt
[*mulier*] in cognatione ergo
ſpirituali ẽt actiue ꝯhenda non eſt differen-
tia in ſexu. Ad idem, ſ. c. veniens. non ſic in
1 in legali. Nam mulier † adoptare non poteſt. iſt. de adop.
§. fœminę. C. eo. ti. mulierem. & no. lv. diſt. Yſmahel. de
differentiis & conuenientiis ſe̾uũ plene in Spe. de proui.
§. j. [*infantem*] idem in adulto. [*Acceſſerit*] etiam tenendo
linteum, in quo puer ponitur ſecundum Hug. & Arch.
hic [*Contrahitur*] cum ſuſcepto & parentibus ſuſcepti, nō
inter ipſos ſuſcipientes inuicem, vt dixi poſt Innocen. &
Hoſt. ſ. eo. Martinus. Et hic lo. mon. Arc. [*qua*]. i. talis. q̃
nam, vt patet in c. omnes. quod alle. vlti. glo. recepta ad
pęnitentiam bene dicitur filia ſpiritualis. ¶ Prima glo.
dicit quid determinat. ¶ Tertia glo. reddit rationem, ſi-
gnat contrarium & remittit. ¶ Vlt. glo. enumerat ſacra
menta & rationem reddit. ¶ In gl. ſ. cum omnibus. in fi.
peccant tamen ꝯfacientes, quia faciunt contra prohibi
tionem canonis, non plures. & iſtius decr. ſ̃m Arch. pu
to ſi conſuetudo non reſiſtit, & fortius ſi aſſiſtit leuis ſit
culpa, & ſic leuiter indulgenda, de accu. cũ dilecti. ¶ In
gl. vl. ibi, baptiſmo. ſub quo ꝯcludit̃ catechiſmus, q ẽt ꝑ
ſe nō eſt de ſeptẽ ſacr̃is Et in fi. Curioſus in his videat, q
ſcripſit beatꝰ Thomas quarto ſen. xlii. di. in ſc̃do art. j. q.

¶ Explicit liber quartus.

LIBER

LIBER V.

¶De accuſationibus & inquiſitionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus confeſſus eſt ſe promiſiſſe centum Petro, ut eum de morte patris ſui non accuſaret, an propter hanc confeſſionem ſit deponendus.*
2 *Delator corruptus quando puniat, & delato corrumpẽti ignoſcatur.*
3 *Pactum iudiciale fortius obligat, quàm extraiudiciale.*

CAP. PRIMVM.

POſtquam. Inquiſiti, qui cõfeſſus eſt crimẽ. duas exceptiones tollit. ſcda ibi, vel ꝙ certis maxime ad hunc ſm Arc. [*criminibus*] Idẽ ſi de vnico crimine tractaretur[*deputatus.*]etiam ab ordinatio.ſ.eo.lib.de offi.vica.licet.Arc. [*confeſſus.*]ſtulte fecit.& ibi[*credatur.*]in ſui præiudiciũ. xiiii.q.ij.in prin.factum eſt etiam crimen notorium ꝑ confeſſionem.ſ.de coha.cle.c.fi.Quærit Arc. an confeſſionem reuocare poſſit.remit.ad dec.ex literis.de diuor. in gl.ſed nunquid.ad id no.Innocen.de elec.per inquiſitionem.ꝑ quæ tenet,ꝙ ſi deliberate ꝯfeſſus eſt,nõ poſſit, ſi ex calore iracundiæ poſſit, ſed lo. hic in additionibus format nouam quæſtionem, quã puto eum vidiſſe de facto,apparatum & quaſi ad literam ponam illã, q̃ talis
1 eſt.Epiſcopus † confeſſus [a] eſt ſe promiſiſſe centum Pe-
a tro,vt eum de morte patris ſui non accuſaret,quęrit, an ex hac confeſſione ſit deponẽdus. Arguit ꝙ ſic p.l.ff.de his qui no.in fa.l.qm.& l.j.§.qui fur.ff.de iure fiſ. in fiſ. cauſis.ij.q.iij.præuaricator.ſed õ.ſ.de collu.in tm̃. ibi nõ ſolum de correctione & colluſione,ſed & de propoſitis & aliis mandatur inquiri,ſed loquitur de colluſione teſtis,& correctione iudicis,nõ aũt partis:vt ĩ q.ſed primũ & ſcdm ſemp ita illicita ſunt.C. de pęna iudi.auth.ſʒ de nouo. de ſymo.nemo.de teſt.ĩtimauit.de teſt.co.ꝑuenit. & c.vlt.Colluſio etiã põt fieri ſine precio, ſine quo non fit tranſactio.ff.de tranſac.l.j.item alle.C.ad turpi.l.q̃uis. nam licet in ciuilibus duplici via poſſit agi, vt no. ff.de con.cauſa da.l.ſi quis accepto.ſecus in criminalibus, q̃ fortius tollũtur per pactũ.ff.de pac.ſi tibi.x.§.quædã.pactio ergo,q̃ ipſo iure tollit accuſationem,eius contrariũ operari non poterit,ar.ff.de adi.le.l.legata inutiliter. Itẽ
2 facit.ii.q.iii.palam.& c.ſe.vbi delator † corruptus punitꝰ, ſed delato corrumpenti ignoſcitur.ff.de bo.eorum qui ſibi mor.l.j.Item ſi ſim canonice electus, vel habeo ius ad rem,ſi datur aliquid impugnatori de cõſciẽtia mea, licet turbata ſymonia eſt. de ſymo. Mattheus. & c.ſicut tuis.Ratio,qa non eſt tenendum ad finẽ bonũ per mala media.i.q.j.non eſt putanda.ſed ſi ius habeo in re,& poſſideo,non eſt ſimonia,ſi do pecuniã moleſtanti, vt deſinat,de ſimo.dilectus.j.vnde in dubio genus probanũ nõ oberit,cum illius caſus obeſt,& alter non.ſ. de proba.in pñtia.& not.ſimile.ſ. eo. cũ dilecti. & ſ.de reg. iu. eſtote,non ſic ſi quælibet ſpecies ad idẽ tenderet.ff.de pe. hære.itẽ veniunt.§.a quo.reſtat quoſdam dicere,ꝙ l.qm̃ in princ.alle.non ob.quia loquitur de pacto in iudicio habito,quod eſt magis inſpectum pacto habito extra iudicium,cũ iudiciorũ metu plerunq; deueniatur ad pa-
na & res diffidata dicuntur, quaſi viliores & acceſſoriæ
ad perſonã. xii. q. j. præcipimus. de do. inter vi. & vxo. per
veſtras. C. de ſa. ſan. ec. ſancimus. quod no ſ. de cle. ex. ꝙ
a te. & dicam in gl. ſequẽ. & ſm hoc triplex tantum erit
pœna excõicationis, depoſitionis, & diffidationis [*ſenten
tias*] quo ad pœnas, vt ſtatim dicã [*requiras*] quia ſufficit
huius concilij ſententia. ff. de condi. inſti. qui ſub condi-
tione. §. fi. xxviij. di. de his. ante finem, ſm Hoſt. qui dicit
quod ſicut aliquis non eſt vitandus tanquã excõicatus,
vel pro depoſito habendus, niſi conſtet de ſententia iu-
8 ris, vel iudicis, ſic† nec tanquam diffidatus impugnan-
dus, niſi prius hoc iuſta ſententia decernatur, & ſic erant
milites & principes ſeculares, vt. s. dixi ſuper. ver. diffida-
tus. id quod dicit, non vitari excommunicatum, tempe
randũ eſt per id, quod habetur, de ſen. excom. cum deſi
deres. §. ſedẽ. ibi. ſola fama operatur euitationem ipſius
ad id, quod dicit, non requiri ſententiam. Arch. deſignat
contrarium. s. e. li. de hæreti. vt inquiſitionis. poſt prin.
vbi quis de hæreſi dãnatur, & poſt condẽnationem qua
ſi di. nõ prius a iudice ſeculari recipitur. Reſpondet. hoc
ſic intelligendum, ꝙ non eſt neceſſe de pœnis prædictis
exprimi in ſententia. ſed hoc ipſo, ꝙ pronunciatum fue
rit illum fautorem aſſaſſinorum, pœnæ ſuum ſortien-
tur effectum, quãuis in ſententia ſpecificatæ non fue-
9 rint, ſicut hoc ipſo, ꝙ† de capitali crimine quis eſt dãna-
tus, tacite venit confiſcatio bonorũ. C. ſi pen. app. mors
inter. l. ſi is qui. C. ſi reus vel ac. mor. l. vl. & ſufficit iudicẽ
pronunciaſſe accuſatorem calũniatum, & ſi de pœna
nihil dixent. Ij. q. iii. §. notandum. ij. facti quidem quæ
ſtio &c. vt ibi. eodẽ modo intelligi debent omnia iura
canonica & ciuilia, quæ dicunt, ipſo iure, vel ipſo facto
aliquem puniri confiſcatione bonorum, vel quacunq;
alia pœna, vt ſcilicet ſufficiat illum pronunciare & de-
clarare illius criminis eſſe culpabilẽ, & locus erit pœnis
iuris, ẽt ſi in ſententia non exprimatur. vt hic. s. eo. li. de
hæreti. cum ſm. cũ leg. quas ibi textus inducit. & C. ad. l.
Iul. ma. l. vl. C. de ac. & ob. auth. imo. C. loca. l. vl. C. de hæ
reti. quicũque §. ꝙ ſi fecerint. C. de apoſta. l. i. C. vnde vi.
ſi quis in tantã. ff. ad ſil. l. tutores. §. non ar. ff. de iure fiſc. l.
eius qui. ff. de reſcin. ven. l. fundus. in Auth. vt liti. iurẽt. §.

illo. §. fi. coll. viii. remittit ẽt Arch. ad id, quod no. ſ. de pę-
nis. fœlicis. ¶ Prima gl. diuidit. ¶ Quarta gl. notria. ¶ Gl.
ſi mandauerit. reſpon. per ob. & ſol. ¶ Penul. glo. reſpon.
per quæſtionem, & ſoluit. ¶ In gl. vo. contra. ibi. poſteros
non ſunt ergo claues eccleſiæ condemnendæ. s. de pœ-
nis, c. fi. ¶ In gl. vero. in fi. s. de voto, magnæ. §. j. de ſacra
vnc. c. vno. §. ad exhibendum. xj. q. iii. præcipue. ¶ In glo.
poteſtates. ibi. Pilato. Io. xix. & vt dicit Arch. illud intelli
gendum eſt negatiue, quia nullam poteſtatẽ habebat ſu
per eum, quaſi. d. ſuper me nullam poteſtatem habes, &
ſi quam habes, illam a Deo. inducit etiam illud ad Ro.
10 xiii. omnis† poteſtas a domino Deo eſt. xxii. q. j. §. ſic etiã
ſiue iubente, ſiue ſinente. xxiii. q. j. quid culpatur. iuxta fi.
q. iiii. quæſitum. ¶ In gl. pro maxime. nam ſequens cau-
ſa impulſiua eſt, nam finalis eſt periculum animarum
& correctio peccatorum ſm Hoſt. all. de pę. & re. cum
infirmitas. ¶ In gl. probabiliter. in fi. eſt baro quidã ſara-
cenus, & prout dicitur, illi ſui ſerui ſunt ita nutriti, ꝙ pa-
rendo mandato domini ſui credunt ſaluari, & dicit Ho
ſti. ꝙ multi chriſtiani principes per tales mortui ſunt. &
dicit Arch. per hanc particulam probari, decretalẽ nõ
loqui de his, qui non ſunt ſub alicuius dominio, ſed pro
pecunia homines occidunt, qui vulgariter aſſaſſini di-
cuntur. facit pro eo litera per prædictos, quæ ſequitur.
¶ In gl. ſi mandauerit. ibi, ex ſolo mandato, quia hoc ip-
ſum mandare eſt delictum conſumatum, ſuper quo vi-
de, quod dixi de illo, qui cogitauit, & aliquid egit, ſed nõ
perfecit, ad finem quæſtionis, quam poſui ſ. de reg. iur.
in pœnis. Arch. remittit ad id, quod plene ſcripſit. xvii. q.
11 j. §. ſi ergo dicit hic Hoſt. & Io. mo. poſt eum, ꝙ† regulari-
ter parcitur cogitãti, qui potuit perficere & noluit, quia
pęnituit. ff. ad l. cor. de fal. qui falſam. de iniur item apud
Labeonem. §. ſi curauit. vt ſic voluntas & propoſitum
diſtinguat maleficia. ff. de fur. qui iniur. primo reſpon.
xii. q. iii. ꝙ prædeceſſor. de ſen. excom. cum voluntate. in
prin. ideo dictum regulariter, in caſibus non prodeſt pę
nitentia, ſed punitur conſcientia criminis. Primo in hæ
retico, de hæreticis, ad abolendã. & c. excõicamus. §. cre
dentes. Secũdo in crimine læſæ maie. l. quiſquis. Tertio
in conſciſcẽte ſibi mortem, ff. de bonis eorum qui mor.
ſibi conſciuerunt. l. iii. primo reſpon. Quarto in extrahẽ
re de eccleſia fugientem ad illam. C. de his qui ad eccle.
confu. l. fi. §. ſicubi. Quinto in hoc caſu, qui nouus caſus
eſt. in his ergo caſibus non excuſatur quis a pęna tempo
rali, quantumcunque pęniteat, eſt tamen locus pœnitẽ
tiæ ſpirituali & recõciliationi diuinæ, quantumcunque
deliquerit. l. di. ferrum. de ſum. tri. firmiter § penul. Sci-
12 mus enim, ꝙ† pœnitentes & reuertentes ad cor ſuſcipit
Deus. in Aut. vt non luxu. contra naturã. circa prin. col.
vj. nec eccleſia claudit gremiũ. s. e. li. de hære. ſuper eo.
remittit Hoſt. de his ad ſummam de pœnis. §. & quibus.
ſub. §. illud autẽ. ¶ In gl. vl. Hoſt. exponit. i. non obſtante
appellatione, vel contradictione cuiusquam, quæ in tali
bus admittenda non ſunt. s. de offi. or. licet.

SVMMARIVM.

1 *Patronis egentibus alimenta prabentur pro modo facultatum.*

CAP. II.

PRælatis. Primo ponit dictum, quod ſe-
cundo probat per euitationẽ
abſurditatis. ibi alioquin [*querelam*] caute fa
cit clericus, ſi dicat, conqueror potius quam
accuſo. & ſic tenent ſe cum textu & eius verbis. hoc di-
co propter no. ij. q. vii. laicos. all. c. ſeq. in fi. pe. gl. & per. c.
nullus ij. xi q. j. & per id, quod no. Inn. de accu. cum. P. Pu
to tamẽ, ꝙ quantuis dicat, accuſo. ſi tamen proteſtetur,
vt hic, ceſſat irregularitas. vnde & querela inofficioſi di-
citur accuſatio. C. de inoffi. reſt. parentibus. & l. in arenã.
[*prouideri*] canonem idoneam ſm Arch. alle. quod legi-
tur & no. 22. q. j. de Benedicto. gl. hic in fi. aliter intelligit
dictum Arch. procedere, quando de iteratione offenſæ
eſſet præſumptio contra malefactorem. puta eſt nobi-
lis, vel potens vicinus eccleſiæ, depredatus eſt pluries a ſi
malta

malia eccleſiæ, vel offendit pſonas ipſius, vel dãna dedit in nemoribus, vel rebus eccleſiæ[*ad vindictam*] arg.ͻ̃ xlv. di. qui emẽdat, vbi de hoc. Arc.[*non debet*] intelligit Gui. ẽt ſi illũ malefactorẽ tradant, vel capi ꝓcurent, hoc no. in Spec.c.ii.§. iuxta.d.ver. quid ſi clericus tradat, hoc tñ ĩtellige cũ determinatione, quã ibi ſubdit, & quã plene ponit Hoſt. in ſum.e.ti.§. qua pœna. ver. verũ circa materiã, loquendo de illo, q ͻ̃triũ ꝓſtationis gerit in aĩo[*daretur*] ꝙ fieri nõ debet, de iureiu. ſi vero. Ar.¶ Prima gl. ponit ſummã, & qd declaret gl. ꝓuidet, dat tria ſimilia, & obiectionẽ tripliciter ſoluit.¶ Añpe.gl.rñ. per qõ. & ſol. ¶ In gl. ꝓuidet. ibi, egi. & l. harũ has duas. & l.ii.l.j. de vſur. vide in c. in nr̃a. ĩ. allegato ſup. v. gl. & ibi. §. alimenta. ꝓ
1 † mõ facultatũ ꝑbentur alimenta patronis egẽtibus. ſed ſi hñt, vñ ſe alãt ceſſat officiũ iudicis.¶ In gl j. in fi. & qõ nẽ venerialem. xi. & xiiij. eod. ti. ¶ In glo. iiii. in fi. idem no. in Spe. de treu. & pa. ver. & no. Arc. alle. xlv. di. & qui emendat. & j. q. iiii. ga ꝑſulatus. per quas gl. patet cõiter teneri, ꝙ breuiter dicit gl. De ſcdo non eſt dubiũ vt hic, & in prædictis iuribus. ad idẽ. ĩ. de ſen. excõ. porro. & c. parochianos. & c. ea noſcitur. & c. ꝯqueſti. & vide quod ſcripſi. ĩ. de iniur. olim, in vl. gl. Sed eſt de primo ſciendũ, ꝙ ſm deriuatores. Ran. idẽ eſt quod ira. inde Rãcor, i. ira cordis, vel odiũ, ꝙ aũt illud ſit remittẽdũ, patet ẽt ex veteri teſtõ, Leuiti. xix. ibi. nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo, non quæras vltionẽ, nec memor eris iniuriæ, & Ec. x. iniuriç ꝓximi ne memineris, & nil agas in operibus iniuriæ. Patet idem ex nouo Mat. v. Luçç. vj. diligite inimicos veſtros. ꝓbatur & id tripliciter. ex Epla Io. prima ibi patet, ꝙ per odium proximi receditur a dilectione Dei, cõmittitur homicidiũ & itur in tenebras. de primo ibi. iiij. c. in fi. qui dixerit, diligo Deũ, & fratrẽ ſuum oderit, mendax eſt. de ſecundo ibi. iii. c. oĩs qui odit fratrẽ ſuum homicida eſt. ſ. aĩæ ſuæ. de. iij. ibi. ij. c. oĩs, qui odit fratrẽ ſuũ in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, per tenebras peccata ſignantur. ad Ro. xiii. abiiciamus opera tenebrarũ. & Io. iii. & de off. dele. conſuluit. quĩ male agit lucem odit, dato igitur ꝙ ſis offenſus rancorẽ dimittere teneris. vñ Hier. ſuper illud Mat. v. q iraſcitur fratri ſuo &c. dicit ꝙ falſa eſt ibi lr̃a, quæ habet, ſine cã. dicens illã radendã, quia oĩs iræ occaſio tolliẽ, quia ira iuſtitiã Dei non operatur. fateor aũt, ꝙ licet amor debeatur proximo ſm id, quod habet a Deo. ſ. naturã & gratiã. & ſic loquiẽ Matt. xxii. in fi. vbi dr̃, ꝙ tota lex pendet in dilectione Dei & proximi, non tñ eſt diligendus, ſm id quod habet a ſe, vel a dçmone. ſ. voluntatẽ inordinata ad culpã, & maxime ĩ effectu ſecuto. ſm id loquitur pſal. 15. odiui eccliã malignantiũ. & c. xviii. iniquos odio habui. ad Ro. j. detractores odibiles Deo. hinc eſt, ꝙ licet parentes ſm naturã & auctoritatẽ ſint honorandi. Exo. xx. & in Hieronymo ſpecialis eſt rubrica de parentibus honorandis, ſi tñ filios impediunt accedere ad perfectionẽ diuinæ gratiæ, ſunt odiendi, ſic procedit illud Lucæ iiii. qui nõ odit patrẽ & matrẽ, non põt meus eſſe diſcipulus. & vide in Hiero. ad Furiã. B. ſic loquant̃ canones. 86. di. odio. 23. q. iiii. duo iſta. & conſtat, ꝙ odire culpã in fratre ſpectat fratris amorẽ, cũ eiuſdẽ rõnis ſit velle ipſius bonũ, & odire ipſius malũ. Scias ꝙ qui compoſuit librũ de virtutibus, mollire conatus eſt duriciem præcepti de inimico diligendo, curioſus in hoc, ibi videat ſub tractatu, de charitate, circa fi. & facit. xxiii. q. iiii. cum in lege.¶ In gl. prouidet. ibi, vbi de hoc, & ſ. de ſen. excõm. Ro. §. caueant. & in fine. vide, quod dixi in textu.¶ In gl. idem ſi. in fi. & in decreta. vltima. ne cleri. vel monaci.

C A P. III.

IS qui. Ponit dictũ, cuius cãs ſubdit ibi; cũ mandando[*mandat*] inter mãdãtẽ & cõſulentẽ multæ ſunt drñæ, quas collige ex his, q̃ ſcripſi poſt Inn. & Hoſti. ĩ. eo. ad audientiã. vbi inuenies multas qõnes circa id, quas ponit ẽt Speculator ĩ ſpeculo ti. ii. §. iuxta propoſitionis. ver. ſed q̃rit. qñ occaſione homicidij, & tribus col. ſc.[*mutile*] no. ex mutilatione ſicut ex homicidio irregularitatẽ induci, cõcor. cle. e. ti. ſi furioſus. vbi de hoc nouẽ ꝯcordãtias inuenies in v. glo.[*occidat*] quid ſi non occidat, ſed occidatẽ, ſatis incõſulte tractatur hæc qõ in p̃di. decr. ad audientiã. in magna gl. circa mediũ gl. ver. qd ſi cõſulat, ꝙ aliũ occidat. quicqd ibi dicãt Inn. & Hoſt. quod ponit ẽt Guil. in Spe. de leg. §. iuxta. ver. qd ſi alias cõſuluit. rõnes, q̃ ſequũtur, cõcludũt ͻ̃ mãdãtẽ, ꝙ ſit iuris. & ita credo, & fortius in illo, de quo loquitur, q plus peccabat. ſ. homicidiũ cõſulendo, ꝙ iſte non faciebat, imo fieri ꝓhibebat, imo & p hãc dec. vr̃ iuris cõſulẽs aggreſſionẽ, ſi ex illa ſequatur mors, vel trũcatio[*cũ*] ꝓ qa, eſt. n. redditiuũ cãæ, ij. de conſue. c. ſi, aliter ponitur de cõmo. c. vno. in prin. vbi de hoc mãdando, dicit Io. mo. mãdãdo illicitũ mandaſſe vr̃, quo veriſiẽ cõcomitari poterant, & lõ inhibitio nõ profuit, quaſi ſibi ͻ̃rius ſit. C. de furtis. l. j. ad primũ facit. ſ. e. li. de re iud. abbate. ad fi.¶ Prima gl. dicit qd declaret.¶ Secunda obiicit.¶ In gl. pe. ibi, ſiſt. vide in c. ſtatim alle. ſup vl. gl.¶ In gl. ibi, qui occidit. § in hac. penul. §. vide. ĩ. de teſt. ſicut. ſup gl. iii.¶ In gl. j. in fi. Guil. de hoc tractat in Spe. de leg. §. iuxta. ver. ſed q̃ritur, qñ, licet nõ exprimit de illo, q expreſſe ꝓhibuerat.¶ In gl. ij. ibi, non incurrit. facit e. ti. dilectus. & c. ſignificaſti. & de cle. pu. in du. c. ij.¶ In gl. iſtud eſt. ibi, culpa. vel mora. iſta duo aſtringũt ad caſus qui ſequuntur. C. de condi. ob turp. ca. l. fi. C. de con. fur. l. ij. Io. mo. hic patet, de cõmo. c. vno. de depoſi. ij. & in fi. & per hanc literam patet, decre. locum non habere in illo, qui licite verberari mandabat.

De vſuris. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Vſura eſt ſpecies furti.*
2 *Pecunia non eſt bonum per ſe, ſed eſt menſura bonorum.*
3 *Vſurarius punitus per iudicem eccleſiaſticum de vſura, an poſſit per ſecularem poſtea puniri.*
4 *Vſurarij olim dicebantur caurſini in Francia.*
5 *Vſurarius eſt maledictus ſuper omnes mercatores.*
6 *Interdictum vniuerſitatis differt ab interdicto terræ, vel loci.*
7 *Bannum poteſt præmitti, ꝙ omnes fœneratores alienigenæ infra certam diem exeant terram ſub certa pœna.*

C A P. PRIMVM.

VSurarum. Diuiſio in j. gl. dicit Franciſcus, ꝙ hæc conſtitutio facta fuit pp Florentinos, Senenſes, Piſtorenſes, Lucanos, & Aſtẽſes, q circuibant diuerſas ꝓuincias ad exercẽdas vſuras immoderatas, & quia per multos p̄latos & Pͥncipes recipiebant̃. Ideo hic prouiſum[*voraginem*] Lucanus. Hinc vſura vorax auideque in tpe fenus, vorago dr̃ profunditas, ſiue baratrũ, ad quod tẽdunt vſurarij ſm Cle. ppt voracitas dr̃ edacitas & guloſitas, quæ oĩa cõſumit. & ſic primo ꝓ conſumptione & deſtrutione[*animas deuorat*] ͻ̃, aĩa eſt immortalis, ergo nõ deuoratur. dicit Io. mo. ſm Gregoriũ. iiii. dialogorũ. ꝙ aĩa eſt immortalis quo ad viuere, qa illud nunquã amittit, ſed eſt mortalis quo ad beneuiuere, quod perdit per pc̃m mortale. dicebat hic Bar. pp tale periculũ aĩarũ vſurã eſſe crimẽ eccleſiaſticũ. lĩẽ qa leges tale crimen non ꝓhibebãt, immo ꝑmittebãt attẽdendo vtilitates & neceſſitates hominũ, ideo neceſſariũ fuit, ꝙ canones ſe intromitterent, ne tamen vtroque teſtõ prohibitũ impune tranſiret. Io. mo. hic ſuper rubrica late proſequitur hoc dictũ. primo ſic ꝓ
2 bans, ꝙ vſura nõ ſit crimen eccleſiaſticũ. vſura † eſt ſpẽs furti, nã qui vſurã accipit, rapinam facit. xiiii. q. iiii. ſi quis vſurã, & q rapit, fur improbior eſt, inſti. vi bo. ra. in prin. & in decalogo ſub prohibitione furti continetur rapina. xiiii. q. v. pçnali. ſicut ergo furtũ eſt ſecularis fori, ſic & rapina.

& rapina, quæ eſt eius ſpecies. Etiā ꝯriū all. de offi. or. c. j. de foro comp. cum ſit ſoluit dicens, ꝙ vſura ſit ꝯ nām
2 rei. nam ſm † Phyloſ. pecunia nō eſt bonū per ſe, ſed eſt menſura bonorū, ad id. ff. de ꝯhen. em. l. j. j. rñ. ff. de fideiuſ. l. ſi ita fideiuſſorē accepero. & quia mēſura nō parit, ſed partū ſibi infuſum reddit, ob hoc, ꝙ pecunia parit pecuniā, eſt ꝯ naturā rei, licet ex rebus naturalibus acquiratur pecunia, & eꝯ, ſed ꝙ ex pecunia acquiratur pecunia, eſt ꝯ naturā, vel ꝑter. Et vide, quod plenius dicā de reg. iu. peccatū. ver ſecundo ꝗrebatur. pp hoc dicit, ꝙ dñs rei, vel eius vicarius de hoc abuſu cognoſcit, eius. n. eſt terra & plenitudo eius, de decimis. tua. læditur ergo per abuſum rei ſuæ, pp quod vicarius eius cognoſcit, & pp rōnes infra ſcriptas, ne nimis gñalis ſit ꝑdicta rō, ſed in furto nō ſic. regulariter enim ſic res eſt aperta mea ſicut tua; ex contrectatione rei non lædo naturā rei, ſed ꝓximū. Regulariter dixi pp decimas & ſimilia, quæ nō cadunt ſub regula, & certū eſt, ꝙ ſpiritualia & ab eis dependētia ſpectant ad ecclam, iura ſunt no. reddebat ēt rōnē, quā hic ꝑmiſi poſt Bar. Itē, vt dicit, eccleſia cognouit de hoc crimine tpe cuius nō erat memoria, & ſic haberi debet iure conſtituti. ff. de aqua quot. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & conſuetudo cām de iure ſeculare facit eccleſiaſticā, de iudiciis. nouit. circa prin. & ꝫ. e. li. de exce. c. ii. Dicit ergo per ꝑdicta ſingula patere rñſionē ad obiectū. ſubdit ergo, ꝙ eſt quoddā crimē eccleſiaſticū, vt hæreſis, in quo nō diſtinguimus clericū reū a laico. ꝫ. eo. lib. de hæreti. vt inquiſitionis. §. ij. Eſt aliud ſeculare, vt homicidiū, & hoc diſtinguitur ex perſona, vt de cōmiſſo a laico cognoſcat laicus, de cōmiſſo per clericū cognoſcat eccleſiaſticus, & ſequatur actor forū rei, de fo. cō. cū ſit. Ergo nō ſequitur, ſi crimen eſt ſeculare, ergo tractabitur
3 in foro ſeculari. ¶ Quærit demū, an † punitus de vſura p iudicē eccleſiaſticū poſſit poſtea puniri per ſecularē. alle. quod ſic. j. de pœnis. c. fi. in fi. de fo. cōp. cū ſit. de officio ord. c. j. ſalui in eo, quod excedit. ff. vi bo. rap. l. j. Sed quō puniet, ſi non eſt de ſuo foro? So. pōt ēt dici de ſuo foro eo mō, quo dicuntur vtroque iure prohibitæ ſm remiſſionē, quā dat hic. iii. gl. tractat ēt, an vſura petatur vt intereſſe, & de hoc. e. ti. cōqueſtus [exhauriret] vt ſcripſi poſt Inno. ſuper rubrica, paupertas periculoſa eſt niſi apud illos, quibus ſpāli dono Dei cōceditur. & ex ea facile proueniūt aīarum pericula. & hoc fuit vna cā ꝓhibitionis vſuræ ſm cū [præcipimus] & ſic neceſſario parēdū. xiiii. q. j. c. penul. & vlt. [vniuerſitatis] dicitur ab vno, eo ꝙ plures cōiungantur in vnū, ſicut eſt vniuerſitas magiſtrorū ſecularium, & ſimiliū perſonarū, & ſm Bar. & Io. mo. Arc. gñalius nomē eſt, ꝗ ꝑcedens dictio collegiū, de hoc. ꝫ. dicā ſup. v. collegiū [ad hoc] ad ſolā ergo habitationē vel aliquā honeſtā mercationē cōducere non prohibetur, ad idē. ꝫ. ver. nemo. & qđ ſeqtur [habitare] refere ad hoc, honeſtā dixi, quia ſi ſub alicuius ꝯctus colore vſuras facerent, puta vendēdo mercē pro cēto precio ei, qui quærit pecuniā, & nō mercē, quā ſtatim ab ipſo recuperet pro minori, locus eſſet conſtitutioni ſm Frā. all. ꝫ. eo. in ciuitate & c. nauiganti. de emp. & ven. ad noſtram. & ibi, de hac fraude ſcripſi ſup ver. mutuū. ad ſ gl. & facit e. ti. ex grandi. §. ceterū. [In terris ſuis] ꝫ. dixit de terris ipſorū. ꝫ. de terris ſuis. per ꝗ patet, ꝙ licet terra originis ſit alia a terra, in qua conducunt domū, dū nō ſint ſub eodē dñio immediato, nō eſt locus huic cōſtitutioni [vſu-
4 rarios] † dicit Guil. ꝙ in Italia dicuntur ꝑſtatores, in Francia caurſini. ī ꝓuincia renouatores. Dicit Arc. ꝙ iſti dñs raptores. xiiii. q. iiii. ſi quis vſurā. & pauperū trucidatores, & qđ dicā. ſectatores turpis lucri auaritiæ cā. ca. qō. qm. nec hoc infideles. in præ. c. quid dicā. ēt ſerui. Io. viii. circa mediū, nec pūt de Dei eccleſia appellari. nec Chriſto dici ſubiecti. de pe. di. j. eccleſia. dicuntur ēt capitis diminutionē paſſi. ij. q. 7. §. qa ergo. ibi dr̄, q facit pctm̄, ſeruus eſt peccati, tā in pœna, ꝗ in culpa pūtēt dici filij Dyaboli nō naſcendo, ſed imitando eius opa. ad hoc xxii. q. ij. §. itē opponitur. iuxta prin. nam ſolo peccato ſunt filij dyaboli, de pœni. di. i. §. hoc idē. in fi. & iō maledicti dicū-
5 tur, vñ Io. Chriſo. dicit, ꝙ † ſup oēs mercatores eſt vſurarius maledictus. lxxxviii. diſt. eiciēs. palea eſt [admiſeris] ſi. ꝫ. de coha. cleri. ſicut [ſuſpenſionis] iunge hic literā ipſo facto & c. quæ ſequitur, periculoſum eſt prælatis habere iuriſdictionē tpalē terrarū. Rariſſima ſunt loca, in quibus tales vſurarij alienigenæ non habitent ad mutuādū. ex quo cōcluditur illos, aut ſuſpenſos, ſi ſunt epi, vel ſuperiores, aut excōicatos, ſi ſunt inferiores [collegium] vide, quod de collegio & vniuerſitate dicā. ꝫ. de ſen. excōmu. Romana. §. vl. ſup gl. per hanc [vniuerſitat] dubitatur, an & hoc intelligatur de ſeculari vniuerſitate. & vr̄ ꝙ non per literā. ꝫ. ſi perſonæ fuerint eccleſiaſticæ, ꝗ determinatio videtur durare vſque ad verſicu. cæterū. & ſic iſtud ſe amplhat, & diſtinguit eccleſiaſticas ꝑſonas tm̄. ff. de auro & ar. leg. ſi quis ita. ſic xxi. di. §. j. & hoc videtur placere clerico Piſano. Sed Guil. & Arch. ꝯ, qui intelligunt per collegiū deſignari eccleſiaſticas perſonas ſimul viuētes, per vniuerſitatē eccleſiaſticas & ſeculares ſeparatim morantes, & ſic generaliter dictū, generaliter ſumatur. ꝫ. de priui. qa circa. cū concor. rigoroſus eſt iſte intellectus. & includit ſere totū orbē interdictū. & iō prima placet, vt in j. gl. [terra] vide. ꝫ de ver. ſi. cū in partib. & per hanc litte-
6 rā & ſuperiorē patet † aliud eſſe interdictū vniuerſitatis, vel collegij ab interdicto terræ, vel loci. vt ēt dicam. ꝫ. de ſen. exc. ſi ſntīa. § j. ſuper verbo, aliud [laici] cuiuſcūque dignitatis, cōditionis vel ſtatus. vt. ꝫ. [ele. compeſcantur] monitione, præmiſſa. dicit Fran. ordinarios in his negligētes, qui ſaltim deberēt hāc conſtitutionē frequenter facere publicari. ꝫ. de loca. c. j. de acc. ſicut olim. ¶ Prima gl. diuidit & ſummat. ¶ Gl. hic ergo. rñdet per qōnē rōnis. ſecūdo per qōnē quid ſi ſit ciuis, vel incola. tertio, quis oriūdus. in fi. de differentia. v. verborū remittit. ¶ Gl. manifeſti. rñ. per qōnē, qui ſint manifeſti. ¶ Glo. ſic doctor. dat tria ſimilia. Reliquū rñ per qōnē. ¶ Gl. quid ergo. quærit & ſoluit. ¶ Gl. puta. exēplificat. prorogat in qōne. arguit negatiue & ponit opi. Gui. ¶ In gl. no. quod. ibi, æquiſſimū. cur enim patiet ꝑtor illos ad arma venire, quos ꝑt ſua iuriſdictione cōpeſcere ¶ In gl. hoc igitur. ibi. l. j. Bo. incola Mutin. origine vtrobique ſubit munera. vt ibi filios. coguntur filij ſubire munera in paterna origine. nō in materna, ēt ſi ibi nati ſint nō aīo conſtituendi domicilium. ¶ In glo. ſic doctor. ibi. l. præſes. ij. purgat præſes prouinciam malis hominibus, non diſtinguendo vnde ſint. ¶ In gl. quid ergo. ibi, ſi qs ignorans. alias ſi ignorans ꝙ loquitur de illo, qui locauit militi hoc ignorās. & ibi ſi cui. ſemel ꝯ me calumniatus iterū accuſans calumniari præſumitur. ¶ In gl. puta. ibi, ſi vno anno. ſi locator pp ſterilitatē penſionē remittens vſus eſt verbo donationis, nihilominus vbertatē anni ſequentis cōpenſat. ¶ In gl. j. ibi & quia. idē cle. Pi. & Boat. ſed Bar. & Io. mo. qui diuidunt in tres partes tm̄. has primas duas coniungunt in vnā. ¶ In gl. ij. in fi. dulcedo dr̄ in recipiēte, vorago dr̄ in ſoluēte. ¶ In gl. iii. in fi. & C. e. ti. aut ad hæc. Arch. remittit ad ſum. Ray. eo. ti. §. quid legibus. ¶ In gl. no. ꝙ. in fi. & ꝫ. eo. li. de ſta. mo. c. vno. in fi. prę. re pon Io. mo. alle. C. de lati. liber. tol. l. j. §. ſed nec ſutandi. Arch. alle. xiiii. q. iiii. nec hoc quoq; ¶ In gl. hoc ergo. ibi, indigenas. ſm Gui. & Bar. & dicit Fran. ſe hoc habuiſſe a cōpoſitoribus huius conſtitutionis apud Lugdu. & ibi, in eis. ſm Guil idē Fran. & Io. mo. & ibi, nō ſint. Boa. dicebat, Mediolani per iuriſperitos interpretatum, ꝙ alienigena non natus in ciuitate vel diœceſi, non oriundus natus in diœce. non in ciuitate, deriſoriū eſt dicere. & ibi patet. nō ſic in auo, al. inquirendus eſſet ager Damaſcenus. vbi natus eſt Adā, vt no. in prę. §. filius, & in præ. l. filios. & vide. ꝫ. e. li. de ſepul. his qui ſuper glo. ij. & in fi. Arch. alle. ff. de verb. ſig. pupillus. §. incola. & §. aduena. & C. de la. liber. tol. l. j. in prin. ¶ In gl. manifeſti. ibi, argumenta cū fama. & hoc dicit Arch. ſufficere quoad conſtitutionē iſtā per eadē iura, dat ſimile in hæreticis. de hæreti. excōicamus. §. j. & i adulterio. ꝫ. de adul. tanto. ¶ In gl. ſic doctor. ibi, inquirere.

7 ſqrere, dicit cle. Pi. ꝙ † ꝑmitti poſſet bãnũ, ꝙ oẽs fęnera
tores alienigenę. ĩ. certã diẽ exirent terrã ſub certa poe
na. alle. de clan. deſpon. cũ inhibitio. q ma. accu. poſ.
cũ in tua. ¶ In glo. puta. ibi notare vř. ad idẽ relatiuum
alio. niſi dicas, ꝙ ampliat per illud quocũq;. facit, quod
no. ſ. e. li. de reli. do. c. vno. ſup ver. cæterũ. & ibi Gui. hoc
placet Arch. quæ dicit, ꝙ idẽ tenuit Io. de Ceſera magi-
ſter ſuus. & in fi. vt in ti. j. c. vno. ¶ In gl. ſ talibus. in fi. cõ-
cor. ſ. eo. li. de hære. vt inquiſitionis. §. vlt. in prin. ¶ In gl.
ſ. ꝓlatorũ. in fi. ꝙ hic no. Bar. & Io. mo. ¶ In gl. vl. in fi. ſe-
cũdũ Guil. q all. qđ de Chriſto legitur, qui legẽ quã de-
derat carnalit impleuit. xx. q. j. §. ſi ergo. circa mediũ. ſub
dit, ꝙ ſæpe ſubditi cõquerũt, ꝙ alligãtur eis onera ĩpor-
tabilia, q̃ ĩponẽtes digito ſuo tangere nolunt. xxvi. q. vii.

SVMMARIVM.

1 *Soluere vel facere aliquid certa die, ſi teneor alicui ſub excommu*
nicationis pęna, licet p ꝓpriũ nuntiũ illud ſolueri, vel fieri mã
dauari. ĩ dič, nõ tñ excuſor a pęna, ſi illud ſolutũ factũ nõ fuit.
2 *Corrupta ſunt, quę ex corrupta radice procedunt.*
3 *Cognitio de uſuris ſpectat potius ad vicarium, quam ad officialem*
ſi iudex utrunque habuerit.
4 *Summa certa commodius exprimitur in ſtipulationibus, quæ quã-*
ti res ea ſit, habent.
5 *Damnatus quando quis dicatur adueniente retro conditione.*
6 *Poſtulare prohibitus per iudicẽ repellitur & aduerſario patiente.*
7 *Vſuras ſe extorſiſſe ſi qs in ꝓſentia cõfeſſus eſt ſacerdoti, ſed hoc*
eſt occultum, nũq̃ ſacerdos illi denegare debeat ſepulturã hęre
dibus nolentibus ad dictum ſacerdotis vſuras reſtituere.
8 *Appellatio an impediat ſepulturam.*
9 *Hæres, qui non fecit inuentarium, an in foro conſcientię teneatur*
uſuras reſtituere vltra uires hæreditatis.
10 *Vſurario an ſufficiat dediſſe hypothecam bonorum ſuorum.*
11 *Fideiuſſores an teneatur dare, qui promiſit plene cauere, vel ad ſen*
ſum ſapientis.
12 *Paupertatis utilitatem detegi nil durius.*
13 *Domum ingredi domino inuito eſt iniuriam facere.*

CAP. II.

Vanquam. Diuiſio ſup. i. gl. & di-
cit Boa. ꝙ ꝓcedẽs reſpi
cit alienigenas, iſta vero oẽs. Dic ſm Fran.
ꝙ decr. ꝓcedens ꝓuidet, ne exigãtur vſuræ,
iſta ꝓuidet, vt exactę reſtituãtur, & ſubdit, ꝙ hæc ꝯſtitu-
tio vt theſaurus eſt ſeruãda, p quã ad reſtitutionẽ vſura-
rũ indirecte vſurarii ꝯpellantur. & repete, qđ dixi. ſ. e. li.
de foro cõpe. Romana. §. ꝯhentes. in prin. [*Acceperunt.*]
patet ergo, ſi nullas vſuras receperũt, q̃uis ad vſuras mu-
tauerint, nõ eſt locus huic cõſtitutioni, qa licet pecca-
uerint, & de peccato ſatisfacere teneãtur, ad nullã tñ re
ſtitutionẽ tenentur. caueat ergo ſibi aduocat᷒, q iſta cõ
ſtitutione vult vti ad vitandũ teſtamẽtũ, vel ſepulturam
impediendã, ne ſimpliciter formet articulũ, ꝙ mutua-
uit ad vſurã, vt iã factũ vidi. & ſi. qđ dixi. ſ. tit. j. c. j. ſuper
ver. chriſtianorũ. cũ cõcor. ſæpe. n. ꝯtingit, ꝙ q ſęnerari
ĩcipit alicui᷒, añ vſuræ exactionẽ moritur, vel pęnitet &
abſtinet, q̃nque ẽt nec vſuras recipit, neq; ſortẽ. In his ꝯ
ſtitutio locũ ñ hẽt [*mandauerint*] ex hoc textu & eo, qđ di
1 cit gl. no. Guil. ꝙ † ſub excõicationis pęna teneor alicui
certa die aliqd ſoluere, vel facere, licet p ꝓpriũ nũciũ il
lud ſolui vel fieri mãdauerim. ĩ. dič. nõ tñ excuſor a pę
na, ſi illud ſolutũ, vel factũ nõ fuit. ad hoc. ſ. e. li. de ele. ſi
ꝯpromiſſarius. in pri. alle. in ꝯtriũ. ſ. de pig. ex lĩis. puto, ꝙ
allegare voluit decr. ſignificãte. ver. ſoluẽs p nũciũ veriſi
militer fidũ excuſatur a periurio, ſi ille infideliter egit.
Sed, vt ibi patet, obligat᷒ remanet ad ſoluẽdũ, & ſic eget
abſolutione. ĩ. de ſen. ex cõ. venerabilibus. §. idẽ. & qđ ibi
dicã. [*nihilominus.*] i. nõ obſtãte, ꝙ ſic mãdauerãt eis mor
tuis. & licet dicať, ꝙ mors oĩa ſoluit, in auth. de nup. §.
diſponat. col. iiii. & quod cui cõicamus viuo cõicemus
defuncto. hoc hic nõ ꝓcedit, nec in aliis caſibus, qbus ſe
pultura negatur, no. de ſepul. ex parte. j. nec iſti ẽt in vita
cõicari debeat in aliis ſacramẽtis, vt in. c. qa in oĩbus. de
vſuris. nil dicit de intereſſe, qa ſaltẽ quo ad caſum nřm
ſufficit de vſuris caueri, ad quod alleg. Guil. imputandũ
illi, qui pecuniã ad vſuras recep. de iureiuran. debitores.
& c. ad nřam. ii. in fi. Refert Arch. quoſdã dicere, vſura-
riũ teneri reſtituere non ſolum vſuras, ſed ẽt quicqd ex
2 illis lucratus eſt. rõ, qa † corrupta ſunt, q̃ ex corrupta radi
ce procedũt. xiiii. q. v. neque. j. q. j. principatus. Itẽ cũ vſu-
ra dicatur rapina. xiiii. q. iiii. ſi quis. & raptor tenetur ad
iſta, de reſtit. ſpo. grauis. ergo & vſurarius. Sed quia, vt di-
cit, ſcriptum eſt, qui nimis emungit ſanguinem elicit.
prouer. 30. in fi. & ſ. de renun. niſi cum pridẽ. §. propter
malitiam. in fi. & iiii. di. denique. ſufficere vř reſtitutio
vſurarũ. per rationẽ & iura in princ. allegata. ad quæ ad
das. j. q. j. in fi. C. de condi. inde. & de hoc nullũ dubium
quo ad caſum iſtum, & idẽ quo ad omnem caſum di-
xit, Bar. in vene. lxxix. dicens ſic dixiſſe Tan. & qa aſſerit
quoſdã theologos tenere cõtrariũ, ſcire debes, ꝙ Tho. ii.
ii. q. lxxviii. arti. iii. tenet, ꝙ ſi res cõſumptibilis & nõ fru-
ctificans recipiatur pro vſura, vt pecunia, triticũ, vel vi-
nũ, & ſĩlia ſufficit reſtituere receptã, qa de tali re quęſitũ
ex induſtria eſt, non ex fructu rei, tenetur tñ ad com-
penſum dãni, quod aliter in bonis ſuis ſuſtinuiſſet p de-
tentionẽ illius rei. Si vero nõ eſt vſu conſumptibilis ſed
fructũ ferens, vt ager, domus & ſimilia p vſurã extorta
nõ ſolũ rẽ ſed & fructus ꝑceptos ex re illa, cuius nõ ipſe
ſed ille dominus erat, ſibi reſtituere tenetur. [*ſatiſfactum*]
nõ ꝓ eo qđ dicã ſup ver. ſit cautũ [*abſentibus*] idẽ ſi ſunt
in loco pñtes, ſed ignorant q ſint, vel q̃runt ꝑcipere, vel
pp multitudinẽ facile haberi nõ põt. vñ ita ſeruatur, ꝙ
his non requiſitis ordinarius hãc cautionẽ recipit, & i-
terdũ in talib᷒ prouidetur p ꝯſtõnes ſinodales dantes
certam formã, ſed dũmodo ſatisfactũ eſſet huic ꝯſtitu
tioni, pœnę huius decr. locũ nõ haberẽt pro eo, ꝙ illis
ſtatutis paritũ nõ fuiſſet [*vices gerẽs*] i. vicario, vt ĩ. vř offi
3 ciali. ſi haberet † ordinarius officialẽ ac ẽt vicariũ in ſpi-
ritualibus, ad vicariũ illũ potius ſpectare vř. facit. ſ. e. de
tẽp. ordi. cũ nullus. §. ii. puto tñ p q̃quẽcũq; ex eis fiat te-
nere, & ſic ſeruať, cũ ad officialis officiũ bñ ſpectet co-
gnitio & coerctio reſtitutionis vſurarũ, ſicut & aliarũ
cãrũ ẽt matrimonialium, de cogn. ſpi. c. ſi. [*habitat*] ſatis
eſt, ꝙ habitet, licet ciuis, vel incola nõ ſit. & de his. ſ. e. p.
xi. [*fide dignis.*] vide qđ ſup eo verbo dixi. ſ. e. li. de hęre. fi-
lii. in fin. licet verbaliter, id licitum eſt [*ita quod illi*] vide
in Spe. de inſtr. edi. §. nũc vero aliqua. iiii. col. ver. itẽ po
ne, cũ qdã. vbi videbis, ꝙ de ſacerdote dubitabať olĩ, &
qđ ibi addã de qõne. xiii. & de. q. Pilei. C. xviii. [*ſit cautũ.*]
ſ. de rap. ſup eo. & p hãc & p ſuperiorẽ, q̃ dicit, ſi fuerit
ſatisfactũ, dico ſufficere quo ad ſepulturã illius, q mãda
uit vſuras reſtitui p quẽcũq; caueatur, ẽt poſt mortẽ. vñ
caute dixit auctor cauerit hic & ſ. ſatiſfecerit, quo
aũt ad validãdũ teſtm̃ nõ ſic, vt patet ex vl. glo. & no. in
cle. de ſepu. eos q. in gl. ſi ſint manifeſta, forſã cũ vno ſo
lo ꝯxit, & manifeſta eſt q̃titas, quã extorſit, vł forſã habe
bat miniſtrũ ad illud opus, cũ quo corã multis facta rõ
ne cõſtat bñ q̃tũ exegit. [*ſemper*] dicit Gui. ꝙ iſtud deno
tat ſempiternitatẽ negotiorũ non tpis, ſic. ſ. de reſti. in
inte. c. j. & intendit, ꝙ ſine aliqua excep. vel inſtãtia, quo
tieſcunq; q̃titas eſt manifeſta, illa dẽt exprimi [*in cautio-*
ne] i. inſtrõ cautionis. ſ. de fide inſtr. ſi cautio. [*exprimi fa-*
4 *cit.*] ff. de præto. ſtip. l. fi. vbi dř, ꝙ † in ſtipulationibus, quæ
quãti ea res eſt. promiſſionem habẽt, cõmodius eſt cer
tã ſummã exprimi. ¶ Quid ſi teſtator in teſtamẽto ſo-
lenniter expſſit ſe pro uſuris recepiſſe. ccc. ab. A. B. C. &
aliis innominatis iubẽs illas reſtitui, & epm executorẽ
fecit, nec de illis trib᷒ nominatis apparere põt, ꝙ aliqd
ſoluerint. diſputãdo tenuit dñs meus, ꝙ ñ obſtãte ꝙ le-
gatũ videať incertũ fauore vlt. volũtatis eps exequetur,
& hoc modo, qa ſigillatim p iuramentũ ab illis trib᷒ in
quiret, q̃tum ſoluerint, poſtea per edictum vocabit oẽs
qui illi vſuras ſoluiſſent, vt de illis doceant, & venienti-

bus dabit, q̃tũ ſe ſoluiſſe docebit, & illi tres habebũt reſiduum inq̃uum iurauerint, ſoluiſſe, reſiduum dabit pauperibus. eo. ti. cũ tu. Si vero venientes totum habuerint illis tribus ad quantitatem iuratam ſatisfacient hæredes de ſepul. c. vl. de tap. in literis. ſi aũt nullus alius veniret, dicebat, ꝙ quilibet illorũ trium habeat quartã partẽ illius ſummæ, alleg. l. ſi quis Titio. ff. de vſufruc. accre. & aliã quartã partẽ det pauperibus, & nõ feſtinet in his ꝓpter ſuperuenientes, qui habere potuiſſent iuſtã cãm ignorantiæ. g ma. accu. poſ. cum in tua. de re iudic. cum Bertoldus. et qd de iuramẽto dixi ↄuenit qõ Io. de Deo, & eſt ſcđa ſecundi libri, qua q̃rebat de vſurario, q fecit cũ Titio contractũ, quẽ qa nõ fuerant ſoluta in primo termino, renouauit de pluri, & iterum de pluri, in fi. ſcđi termini in morte mandauit vſuras reſtitui, apparẽt ꝑdicta inſtr̃a cancellata, & per teſtes deponitur, illũ fuiſſe vſurarium, & ꝙ ipſi ſic credũt, quærebat qd iuris. rñ. locũ eſſe delationi iuramenti cõſideratis quæ hñr de iure iu. c. fi. Sed Arch. quærebat aliter, an ſufficeret repetenti vſuras ꝓbari mutuantem fuiſſe publicũ vſurariũ ante cõtractũ & tpe contractus, & poſt, & quod ↄſueuit exigere vltr̃a de duplo veræ ſortis. Pro debitore inducebat. e. ti. cum in dioc. & decr. illo vos. de pig. & quæ ibi ſcripſi poſt Hoſt. ſuper vl. gl. & de homi. tua. & quod ibi ſcripſi ſuper ver. inter ſigna. & de cle. peregri. c. ii. de hære. excõicamus. §. vl. de præſum. aſſerte. C. de rei vend. indicia. & quod no. C. de vſu. cum allegas. in glo. ſuper falſo. Pro creditore allegat, ꝙ in dub. o contra petitorẽ eſt iudicandũ, de fi. inſtru. inter. nec ſeqtur, ſi ſic fecit alios ↄtus, ergo iſtum, immo præſumi debet pro inſtr̃o, de præſump. il lud. & ponderari debet forma & tenor iſtr̃i, de priui. porro. de dona. cũ dilecti. facit de ſpon. c. fi. nec incerta, vel ambigua ſunt iudicanda. xxx. q. v. incerta. & xxxiii. di. habuiſſe. & ſi aſſiſtat conditio ii. q. i. primo ſẽp. & de vſura, quia crimen eſt, dñt fieri probationes aperτiſſimæ. ii. q. viii. ſciãt. hanc partẽ tenuit, vt in dubio ſtetur verbis inſtr̃i. ff. de excep. l. j. §. ſi is qui. Sed hoc non approbatur in ſcholis, & in iudiciis reprobatur, ipſe tñ cautionẽ recipiens ordinarius vicarius, vel rector parochiæ, ſed cũ notarius recipit de ordinarii mandato, quis tenebitur, diſtingue, vt in decr. ſ. e. li. de præbẽ. ſi epiſcopus. an ordinarius quãtitatẽ illã expreſſerit nec ne. [*Religioſos*] præmittit iſtos tum fauor religionis, tũ quia plus in illis delinquere cõſueuerunt, ſi. in cle. de dec. c. i. & vide, qđ no. in cle. de ſen. excõ. c. j. in gl. mendicantes. & facit eo. ti. c. pe. & quod dicã, j. de ſen. ex. c. fi. in vl. gl. ad fin. [*ſanctiones*] ſic dictæ, qa pœna adiicitur, de hoc. iii. diſt. in ſum, qñq; latius ponit in procem. cle. in prin. [*eccleſiaſticam.*] vide, qđ ſup eo verbo dixi, de ſepul. ſacris. & ſ. e. li. de here. c. ii. primo rñſo. & intelligit hoc de cimiteriata. e. ti. de ſepul. c. j. in cle. [*Sepulturam.*] diſputauit dñs meus, ꝙ locus eſt huic pœnę in his, q ſimulauerunt vſurariũ ſepelire, qui non cauerat, cũ tñ vere nõ illud, ſed alium, vel nullũ tũc hominẽ ſepeliuiſſent, ſatis probat hoc dictũ rõ huius ꝓhibitionis. certũ. n. eſt, ꝙ ſepultura ſolennis nõ ꝓdeſſet impęnitẽti, ſicut nec vilis noceret pęnitẽti, de ſepul. ſacris. & quod ibi dixi in fi. ad illius ergo opprobriũ & hæredũ, & ad aliorũ terrorẽ ſtatutũ eſt hoc, in cuius eluſione fit hæc ſimulatio, quæ reducitur ad legis fraudẽ, de qua de priui. q̃to. cũ ↄcor. Itẽ ſi agentẽ nõ excuſat ſimulatio boni, qđ nõ facit, multominꝰ excuſare dẽt ſimulatio mali, qđ nõ facit. ꝓbatur primũ de cel. miſ. de homine. Itẽ ex eo, ꝙ iſti malũ exẽplũ dederunt aliis, & ſcandalizauerũt eccleſiã, excuſari non dñt a pęna. xi. q. iii. ꝑcipue. de eo q duxit in matri. cũ hr̃et, ad cõfeſſionẽ, nimis durũ eſt hoc, nec ſtatuerat hoc ↄcilium Lateran. nec eſſet abſurdũ, ſi exponeremus illud ſiue, qđ ſtatim ſeqtur, pro &, tũc cõueniret hæc litera cũ decr ꝙ qdã. de pę. & re. nã ↄfeſſio peccatoris pſeuerantis bñ auditur, cõſiliũ datur, ſed non abſoluitur & ab illis peccatis, vt hic in gl. ſed intelligat, ꝙ hic fallat illud generale, & illud ſiue, ponat alternatiue, vt dixi, durũ eſt & nõ ſer

nat̃, qa hic pœna nõ apponit̃, eſſet aũt ſenſus, ꝙ a tali ↄfiteri volente quęrat ſacerdos, ſi vult ſaltẽ cauere, alś illũ repellat, & talis rubor illũ ad ſatisfactionẽ forſan inducet, patet aũt, ꝙ de manifeſtis tñ loquitur iſte rigor vſurariorũ. de teſt. excõicatorũ. hic no. Bar. & Io. mon. de quo no. ſ. de ſen. ex. decernimus. in vl. glo. & ibi dicã plenius ſup illa. enumerãt aũt prædicti hic quoſdã, q teſtari nõ pñt, quos vide p Hoſt. in ſum. de teſt. § qs poſſũt. & enumerati p eos, hi ſunt damnati ob crimẽ famoſum filiusfa. ſeruus, furioſus, mutus ſimul & ſurdus naturaliter, vel q renunciauit ꝓprus ꝓfitendo. De eremita tenet, ꝙ teſtari poteſt, ſi non eſt profeſſus religionis approbatæ. xix. q. iii. §. econtra. multo plures. l. xvi. enumerat Guil. de inſtr̃o. edi. § cõpendioſe. in prin. quorũ. xiii. poſuit Accur. ff. de teſt. l. iiii. quia vero inter illos enumerantur capite dãnati naturaliter, vel ciuiliter, qui nec teſtari poſſunt, nec codicillari. nec fideicõmiſſum relinquere, vt patet. ff. de te. l. eius. §. j. cũ ſequentibus. l. qa a latronibus. §. i. & l. is cui. §. vl. de iniu. rup. & ir. te. l. ſi qs filio. §. irritũ. de le. iii. l. j. §. his qui. diſputauit Io. de mon. mun. de dãnato de ſalio ad mille ſoluẽda. ſ. triduũ, alias decapitaretur, qui poſtea teſtamẽto & codicillis qdã reliquit pro aĩa & ad pias cauſas, & lapſa die tertia decapitatus fuit, an legata ꝑdicta debeantur. Ad affirmatiuã allegat fauores & priuilegia taliũ legatorũ, q̃ patent de teſta. cũ eſſes. & c. relatum. C. de ep. & cle. ſi quis ad declinandũ. & l. nulli. ad l. fal. anth. ſiſr. xxxii. q. viii. quis. de cõſue. ex literis, ſicut ergo illis caſibus ceſſat rigor, ſic & iſto, maxime cũ hoc ſm̃ ęquitatẽ canonũ terminẽtur, vt ꝑ. c. relatũ. nec eſt veriſimile, ꝙ lex intellexerit in illa ꝓhibitione includere legata ꝓ aĩa, ꝙ ſi voluiſſet hoc non potuiſſet ↄ ius publicũ, diuinũ & canonicũ, quia lex imperatoris eſt ſubtus legẽ Dei. x. diſt. c. j. ii. & iii. Itẽ ad caſũ facit. xiii. q. ii. c. vlt. & cle. de pœ. c. i. Itẽ iſte ſpiritu Dei ductus non ſubiacebat legi, de reg. licet. non obſtat, ꝙ diuinũ perdit, cui rñdetur ꝑdere, ad hoc de teſta. & c. relatũ. ii. §. licet. ſic & ĩ rogato reſtituere, ſi ſine liberis decedat, q ſe & ſua offerendo religioni ꝑiudicat ſubſtõ. de ꝓbat. ĩ pñtia. cũ cõcor. Ad negatiuã inducitur, ꝙ leges prius allegatæ ꝓhibẽt, nec ↄtriũ reperitur iure nr̃o. ergo legi ſtetur. ſ. de no. ope. nũ. c. j. quæ cũ generalr̃ loquatur, generalr̃ ſeruetur. xix. diſt. c. j. Itẽ lata ſñia bona puenerũt ad agnatos, vel ad fiſcũ, iuxta di. aut. bona. C. de bo. dã. ergo diſpo. de illis facta eſt ab illo, qui non potuit, & ſic ꝓ nõ dato habetur. de iure pa. q aũt. ĩ fi. nõ obſtat, ꝙ ſñia lata fuit ſub cõditione, quia qđ dr̃ in decre. ꝓpterea. de
5 appella. ſpeciale in ſñia ex. vñ in aliis † aduenientẽ cõditione retro dr̃ quis damnatus. ii. q. vi. biduum. ff. de his qui notantur inſa. l. furti. nec iuuat, ꝙ legata fuerint ad pias cauſas, quia illa procedũt, cũ teſtator, qđ ſuũ eſt, legat, ſed hic legat nõ ſuũ, nec propter fauorẽ taliũ legatorum dẽt alteri fieri iniuſtitia. de foro ↄpe. ex tenore. de do. inter vir. & vxo. nup. facit de accu. qualſt. de pęn. ſuã. facit, de vſuris. ſuper eo. de deci. tua. j. q. j. non eſt putãda. Soluit, no valere, nec deberi legata. licet eccleſiis, vel ad pias cãs facta ſint, per decr. filius. de teſt. hæc vera, niſi legata illa eſſent obligata reſtitutioni, quia mala ablata certa, quibus debebãtur, vel incerta relicta pauperibus, quia tũc debentur nõ tam iure legati, q̃ primęuæ obligationis. Vñ deducitur vt æs alienũ debitũ Deo, vel certis perſonis, & quæ Dei ſunt reddenda ſunt Deo. de cler. ex. ex parte. Licet ergo deferantur a lege & nõ iure ſucceſſionis, tñ transeũt cũ ſuo onere, de pig. ex literis. cũ ↄcor. ¶ Prima gl. ſummat. ¶ Scda de q̃ſtione remittit, & ſoluit. ¶ Tertia ſoluit q̃ſtionẽ, cui dẽt ſatisfieri. ¶ Quinta glo. primo quid dedit cãm cõſtitutioni. ſcđo de vſurario non mãdante no. duo. ¶ Sexta gl. no. inducẽs duo iura. ſcđo dupliciter obiicis & ſoluit. ¶ Gl. paupertas. declarat tex. ſecundo quærit, opponit & ſoluit. ¶ Glo. vt ſecundum. primo exẽplificat. ſcđo quærit, arguit pro & contra. & ſoluit diſtinguẽdo. ¶ Gl. intelliges. ſoluit duo dubia, ſcilicet de quo loco, & quõ ordinario. ¶ Gloſſa

ſic.ſ.allegat concor.reddit ationē & prorogat.¶Gl. no
mine.primo ſoluit duo dubia.ſ. quæ cautio ſit idonea,
& qd ſi idoneā dare non poteſt.ſecundo obiicit & ſol-
uit.tertio ſoluit alia duo dubia. ¶Gl.j.ſi quantitas.expo
nit,quærit & ſoluit.¶Vlt.glo.primo exponit literā.ſecū
do q̄rit,arguit ꝓ,ſoluit cōtrarium.tertio ſoluit obiectio
nē.quarto quærit,ponit opi.ſed aliter ſoluit.¶In gl. pau
pertas ibi.ſi plures.plures habētes vnā actionē, vel plu-
res rei ſtipulandi,vel plures argentarii, quorum omnia
ſimul facta ſunt,habentur loco vnius.& ſi fundū, ſeq̄,
pignori accepiſti,anteq̄ reipublicæ obligaret,ſicut prio
res tpe,potiores iure.¶Gl vt ſm.ibi, priuilegiata. vt mi-
les,pupillus & adultus,vt ſequitur in glo.& ibi ſi procur.
præſentis.ſequitur,fuerit cautum,ex ſtipulatione actio-
nem vtilem dño competere nemo ambigit.& ibi.§. ſi.
ſuperius allegato.& ſi poſſeſſio.¶In gl.intelligas.ibi.l.iii.
quæ ſic iacet,dare aliquem ꝓtor dēt,cui caueat. ¶In gl.
ſic.ſ.ibi cū pro quo.ſequitur, q apud officiū cauit,exhi
bere cogitur.itē eum,qui apud acta exhibiturū quē eſſe
promiſit,ſi officio non caueat, ad exhibēdum cogitur.
¶In glo.quia magis.ibi.§.ſi vero ignoti.in teſtes produ
cti torquentur.¶In gl.ibi i.generali.quæ dicit ,ꝙ ſeruus
nō pōt eſſe tabellarius. ¶In gl.ergo tabellio.in fi.loqui-
tur de ſtipulatione,q̄ fit pupillo abſenti'. ¶In gl. nomi-
ne.ibi,auth.generaliter.vide in c.ſtatim alle.ſup gl. ante
pe.& ibi,ſed hodie.dñs non ſatiſdat de æſtimatione litis,
ſed ſolū de perſiſtentia litis per iuſiur. vel nudum. & ibi.
l.ii.alī.iiii.in fi.vide.ſ.de treu.& pace.& c.j.ſuper gl.pe.&
6 ibi,quos prohibet† prohibitus poſtulare p iudicē repel-
litur ēt aduerſario patiente. ¶in glo.j. ibi , cū oportet.
§.j.diſtinguitur,an filioſa.obuenerit ex ſubſtātia patris,
an ex liberalitate fortunæ,vel ſuis laborib'. ¶In glo.pp.
ibi ēt.vide de reb.ecc.nō alienā.ſi qs ꝓsbyterorū.¶In vl.
gl.ibi,ſi idem.non eſſent nomina diuerſa, ſi idē eſſet te
ſtm̄ & codicillus. ¶In j.glo.in fi.& ſunt tres partes ſm
Bar.& io.mo.primo prouidet,qñ ſepeliendi ſunt vſura
rii manifeſti.ſcdo ibi,oēs punit faciētes contrariū. ter-
tio ibi,nullus.ponit duas prohibitiones, & irritat teſta-
mēta.¶In gl.ii.ibi,ſacerdotes.qui eſt iudex iſtius quo ad
reſpiciētia forū animæ,de pœ.di.i.quē pœnitet. vltra me-
diū.ver.q̄ritur q.& di.vi.c.j.vltra mediū.ver.caueāt.& xi.
7 q.iii.abſit.& ibi.& teſtibus.quærit Guil. qd † ſi aliquis in
ꝓſentia ꝯfeſſus eſt ſacerdoti ſe vſuras extorſiſſe, ſed hoc
eſt occultum,nūquid ſacerdos illi denegare debeat ſe-
pulturā hæredibus nolentibus ad dictū eius reſtituere.
vr̄ ꝙ nō,qa nō dēt illū publicare.ſ.de pœ.& re. omnis.
in fi.de pœ.di.j.§.hoc ergo.& di.vii.ſacerdos.itē ſibi id di
centi non crederet.viii q.ii.placuit,taceat ergo. ii. q.vii.
plerique.debuit aūt ſacerdos illū inducere,vt corā teſti-
bus confiteretur,& caueret ita,ꝙ ab hæredibus.exactio
fieri poſſet.in ꝯtrium,ꝙ publice poſſit. alleg. quod no.
de reſti.teſtimoniū.in glo.qñ grauata. quærit demū qd
de occulto fœneratore,nec confeſſo,nec cauente, & ſic
fuit ſepultus in cimiterio,an ſit exhumādus, cū poſtea
pateat eū vſurariū.Rñdent ꝙ ſic,de ſepul ſacris.xiii.q.ii.
non æſtimemus. & c.pro obeuntibus.de ꝯ.di.j.eccl'iam,
vbi.& c.ſe.23.q.ii.ſane profert.vel vt dr̄, nō exhumabit̄,
ſed hæredes ꝓciſe ad ſatisfactionē cogētur,vt hic in vlt.
gl.a r.23.di.quorundā.C.ſi reus vel accu.l.j. ex quo ei vi-
uenti cōicatū fuit,& eius oblationes receptæ.ſ.eo.qa in
omnibus.ſed quid ſi eo caſu ante ſepulturā veniant de-
bentes recipere,ſed hæres vſurarii negat,dicit,ꝙ niſi pro
batio ſit prompta,ſepelietur,poſtea lis ſuo marte proce
dat,alī.cuique fas eſſet,ſepulturā alterius impedire, & il-
lū vituperare,quod a iure interdr̄.C.de ſepul.vio.l.fi. &
8 auth.qui domū.in contrariū alle.ꝙ † appellatio impe-
diat ſepulturā.ſ.de ſepul.ex parte.ibi ſoluitur in gl. ii. &
vide,quod ſup ea ſcripſi,& ibi.libros.ad quos edēdos cū
de vſuris agitur.hodie cogi pñt,p cle.c.ii.ex grādi.§.cæte
rū.vide qd dicā.j.ſup gl.antepe. ¶In gl.iii.ibi, nō extāti-
bus,vel nō petētib',vel nō curātib',hoc verū, niſi remit
terent,ꝙ liberaliter & ſine peccato partē vſurario ſup-
plicāti ēt ,p remiſſione & partē ſoluēti,qa tūc liberatus
eſſet,ita ꝙ nec pauperibus ſolueretur ſm Goſ. in ſum.
e.ti.vltra mediū.ver.qd ſi vſurarius. & Hoſt. plenius in
ſum.e.ti.§.fi.ver.qd ſi fœnerator.& ver.ſe.theologi dicūt
ꝯtriū,niſi totū ſoluāt,ꝙ pōt locū habere ſm Bar. & Ioā.
qñ totū ſoluere pōt,alias locū hēt primū dictū p lrām
hic,ꝓut patiuntur facultates,vide, qd dicā. j. de regulis
iur.peccatū.ſup gl.¶In gl.dicebat.ibi , eluſioni. dicebat
hic Guil.ꝙ iſti fœneratores de Tuſcia dicebāt,ꝙ ſolū vl-
timus de genere damnabitur,ex quo omnes ꝓdeceſſo-
res mandauerāt vſuras reſtitui.& ibi,vires hæreditatis,&
non vltra,ſi fecit inuentariū.C.de iure delib. ſancimus.
& in auth.de hære.& fal.§.hinc nobis.ſm Guil.vidi du
9 bitari,an † in foro conſcientiæ hæres,qui nō fecit inuen
tarium,teneatur vſuras reſtituere vltra vires hæredita-
tis.Hoſt.tenet ꝙ nō,in ſum.de teſt.§.pe.ver.qd ſi nō ſuf-
cit.& ii.ver.ſed.& ſm hoc id,qd ipſe no. ſ. c. tua nos. &
ipſe.& Ber.de rap.in literis.intelligant de foro iudiciali.
& cōſtat,ꝙ ſæpe hi duo fori diſcordāt.xvii.q.iiii. c. vl. de
reſti.ſpo.literas.de ſpo.tua nos.de ſent.exc.inquiſitioni.ad
hanc materiā ꝯueniunt,quæ ſcripſi. ſ. de immu. eccle.
qa plerique. i magna gl.,p hoc dicto facit litera hic,pro
ut patiuntur facultates,& prædicta decr. In literis. ſ. de
reſcri.cū ſi.itē cū iudiciū Dei innitatur veritati , de ſen.
exco.a nobis.ſcdo,& in veritate plus erat in nobis,ſi iſte
pōt euadere iudicialē cōpulſionē,quæ ſequitur opinio-
nē ex præſumptione legis,quod plus fuerit in bonis ,ex
quo omiſit inuentariū.ex veritate & foro ꝯſciētiæ tutus
erit.ad idem facit æquitas qua nil deberet recipe a debē
tibus,cū defunctus nō tenetur vltra facultates , vt eſt di-
ctū,& patet.ſ.eodē,cū tu,ergo nec hæres,& p hoc ſolui-
tur,qd dici poſſet,humanā legē factā ab eo q pōt ſi non
nutrit peccatū,ligare in foro ꝯſciētiæ,de quo p Tho.par
te ſcda.q.xcvj.ar.quarto. nouiſſime comperi hoc diſpu-
tatū Peruſii per dñm Federicū de Senis,q idē tenuit ta
li ratione,qa inuentarium quo ad vſuras ſcdm leges, q̄
de inuentario ſtatuūt,nō fuit hæredi neceſſariū, q ex de
licto defuncti non tenetur,niſi quātū ex illo ꝑuenit ad
ipſum.C.ex delic.de.l.vna.ius aūt canonicū , qd voluit
hæredē teneri,& ſi nil ꝑuenerit ex delicto,ægrate hinc
inde pēſata nō arctat vltra facultates vt hic. & ſuperius
dixi,quaſi ꝯcludat,ꝙ cū iure ciuili non teneatur , & ius
can.cū non arctat ad plus in foro ꝯſcientiæ nō tenetur.
¶In glo.eſt ergo.ibi,ex quo iſte. de quo loquitur tex q
ſ.mandauit vſuras reſtitui. & ibi. hæc pœna,ſm Guil.
hoc tñ itelligo de illo,q neſciebat ſe ad plus teneri , vel
nō potuit plus facere,q̄ mādare.¶In gl.paupertas.ibi. il
lā partē & totā nō habita rōne ne egeat,vt no.e.ti cū tu.
in gl.antep.& ibi dixi.q ꝯcordant illas gl. ꝙ hic Arch.
& ibi Gui.idē cle.Pi.& Arch.& in fi.& no.ſ.e.tua.in pri.
gl.& ſm hoc ſi diceremus bona hypothecata.ſolutum
10 eſſet,qd quæritur† an ſufficiat vſurariū dediſſe hypote-
cā bonorū ſuorū. & rñdet ꝙ nō , qa ſm eos illa cautio
nil addit,tñ de hac hypoteca nō habemus textū expreſ
ſum.& ꝯ id facit, qd ſcripſi poſt Ho.ſup ꝓdi.gl. & ſi dicā
tur nō hypotecata,tūc aliquibus vr̄ hypotecā ſufficere,
pro qbus facit,qd no.ff.man.ſi mandato Titii. in gl. pe.
& ꝓcedit hoc dubiū.qñ idoneā dare poterat,aliter non,
vt patet in gl.nomine.& no.j.de pœnis.fœlicis.§ cū aūt.
in i.gl.¶In gl vt ſerui.ibi,vſufructu.quid ſi nudū vſum.
dic,ꝙ ex re noſtra nobis acquirunt,non aūt ex opera.ff.
de vſu & habita.p ſeruū.in prin.& no.inſti.per quas per
ſonas no.acquir.§ j.secūdum Bar.& Io.mo. & ibi dixit
Bar.& poſt eum Io.mo.Guil. reminit ad no. in præ.l. ꝙ
procur.ff.de procu.& In Spe.de procur.§. vt aūt. verſi. &
no.quod large.& ibi,ſi procur. l j.in fi.& ff. quod cuiuſ-
que vniuerſi.l.fin.& ſi qs can.ſ.pe & ibi.penſionē in fru
ctibus.de quibus.j.ſequitur nō dubitatur.ſed de penſio-
ne q̄ non germinat,& ex ꝯctu debetur,cōiter legiſtæ ꝯ,
niſi in ſubſidiū,allegāt.ff.de iſtito.l.j.& de exercu.l.i §.ſed
ex ꝯrio.& idē Fran. Accur.in l.lul.al.inter eum.§.ſi pro
cur.ff.de actio.emp.ſi.qd ſcripſi,de deci.paſtoralis, ſuper

j.glo.¶In glo.intelligas.ibi.ſpiritualibus ſm Guil.& vi-
de,quod ſcripſi de teſt.Ioan. ſuper ver. dioceſanũ. & in
fi.Guil.all.de offi.ordi.paſtoralis.in fi.& C.de epiſ.& cle
ri.orphanotrophos.j.reſpon.& remittit ad Spec. de ſa-
tiſ.§.viſo.ver.ſed quis recipiet.¶In glo.ſic.ſ.ibi,ſm Bar.
Io.mo.& Arch.¶In gloſ.quia magis. ibi. Indigenis. di-
cit Arc.ꝙ hoc,ꝙ ſint de parochia,non putat de ſubſtã-
tia,ſed de bene eſſe,vnde ſufficiet, ꝙ ſint idonei , allega.
ad hoc.iiii.q.iii.ad fidem.iii.q.ix.ſi debitum.& quod no.
iii.q.v.canonica.in j.glo.& ibi ſaltem duo.xxxv. q.vi. §.
vlt.dicit Arch.dici poſſe,ꝙ cum nulli fiat præiudicium
videtur valere vnicus teſtis cum illo, qui recipit cautio-
nẽ,ad id de conſe.di.iiii.paruulos,in fi.& e.cum itaque.
vbi de hoc.& xxvi.q.vi. is qui . bene facit . ſ. de teſta. in
oĩ.vt hic exigẽs habeat ꝓ teſte,ſicut ibi monẽs, & iſtud
ſatis puto,ſi nullius p̃iudicio ageretur,ſed ſi dicat hæres
ab inteſtato ſe hæredem,quia teſtamentũ non valuit.hic
non poſſet negari in præiudicium inſtituti. & idem in
ſimilibus.¶In glo.interpoſitio.in fi. quin poſſet acqui-
rere in cautionibus iudicialibus.vide,quod ſcripſi de ꝯ-
uer.coniu. dudum.poſt prin.vnde ſic .j. limitatur eius
poteſtas,vt mandatum ordinarij requiratur, & hoc ꝑ
taxationem & approbationem cautionis recipiendę,
de qua ſtatim ſequitur,& vide, quod p̃dixi ſup ver. ipſe
tñ.¶In gl.ideſt tabellioni.in fi.lib.x.concor. ff. de adop.
non aliter.& ff.de magiſtra.coueni. l.j. §. pe.cũ concor.
11 ¶In glo.nomine idonee, de illo†qui promiſit plene ca
uere,vel ad ſenſum ſapientis,an teneatur fideiuſſores da
re,vide in Spe.de emp.& vend.§.i. ver. quid ſi actum. &
ver.p̃cedenti.& no.j.l.ſtatim alleg.in vlt.glo.& ibi.iuret.
facit,quod no.ſ.eo.cum tu,in glo.penul.vide, quod.ſ.di
xi ſuper glo.paupertates.in fi. Refert Guil. quoddã tene-
re,cũ nõ ſepeliendũ,ex quo cauere nõ poteſt idonee,
& ſit iſte rigor ad terrorẽ criminis.j.§.omnes. & ſufficit
ſic ſcriptum,licet perquã durũ. vj.q.iii.ſcriptũ. xix. diſt.
in memoriã.ff.qui & a qui.l.proſpexit.& in re dubia tu-
expenſarum condemnatio non eſt pęna, ſed intereſſe proſecutio, & rei familiaris reſpectu. in ii. uol. de dolo & contu. c. cum dilecti. uer. ſed dic. nu. 17. 91

expenſas, quas aliquis fecerit, an petet, ſi incidat in latrones, & ſpoliatus ſit, ubi etiam quid de ſocietate. in j. uol. de procur. cap. cum pro cauſa. nu. 5. 284

expenſæ an iudicis officio petantur, & illud finito negocio ceſſat, ubi iudex non condemnauit, ſed parti poteſtatem agendi de expenſis reſeruauit. in ii. uolu. de ſeq. poſſeſſ. c. ad hoc vnxit. ver. dicunt quidam. nu. 9. 106

expenſarum condemnationem, quæ iudicis officio ueniunt, an ipſe iudex ſibi reſeruare poteſt, ſicut ſibi taxationem reſeruat. ibidem. numero 10.

expenſæ in re, circa rem, extra rem, quæ eſſe dicantur. in iii. uol. de decimis. c. paſtoralis. nu. 11. 144

expenſæ, quæ fiunt extra rem in molendino, & piſcharia, an deducendæ ſint, cum ſoluitur decima de fructibus, uel de lucro. ibid. numero 14.

expenſarum in materia deductionis fiendæ, an in negociatore aliquid ſpeciale ſit. ibi. nu. 15.

expenſæ in fructu includuntur, quando dicitur, lucrum eſt, quod ſupereſt deductis expenſis. uer. in gl. hoc ſpeciale. ibi. nu. 17.

¶Extrauagans ſi dubitetur, an ſit decretalis, aut eſt iuri conſona, & tunc ſecundum illam iudicatur, aut diſſona, & tunc Papa conſulitur. in ii. uol. de ſi. inſtr. c. paſtoralis. nu. 1. 174

F

Fabula ruſtici hoſpitantis regem in domo ſua, cui ruſticus, quoniam ei non paruit, alapam dedit &c. in j. uol. de elec. c. uenerabilem. nu. 43. 308

¶Factum ſi notorium ſit, ſed iudex ignorat abſente parte, & reliquo iuris ordine non ſeruato, ad teſtium receptionem procedere poterit. in j. uol. de electio. ca. bonæ memoriæ. uer. quod cum factum eſt. nu. 36. 91

¶Falcidia fundus non computatur, ſi conditione pendente, ſub qua mihi fundus legatus erat, heres me hæredem inſtituit, & poſt euenit ipſa conditio. in ii. uol. de ſi. inſtr. c. inter dilectos. nu. 24. uer. fundo. 168

Falcidia quando de ipſis legatis trahi poſsit. in iii. vol. de teſta. c. nuper nobis. nu. 3. 216

¶Falſi crimen in legibus committitur, ſi prudentum nomina ſignis ſcribentur, & non per literarum conſcientiam. in j. vol. de conſti. c. cum acceſsiſſent. nu. 4. 15

falſi crimen in literis apoſtolicis an eccleſiaſticum ſit. in ii. vol. de fo. cōpe. c. cum ſit. ver. quid de crimine. nu. 8. 19

¶Falſitas potius præſumitur in literis abſolutionis, quam in literis commiſsionis iuſtitiæ. in primo volumi. de reſcriptis. c. ad audientiam. numero 4. 15

falſitas proprie in teſte dicitur, qui veritate vti debet, iniquitas autem in iudice, qui debet vti ipſa æquitate. in ii. vol. de prob. c. quoniam cōtra. nu. 6. 125

¶Famam ad probandam laici & foeminæ admittuntur. in ii. vol. de teſt. c. tam literis. nu. 1. 142

fama inter homines eſt publica, ſeu famoſa inſinuatio, vel proclamatio, & communis, ex ſola ſuſpicione, & incerto auctore proueniens. in tertio volumine. de cohabitatio. clerico. c. veſtra. ver. fama vero. numero 2. 8

fama quando ſuum probet adminiculum, & ipſa rei euidentia proteſtatur, ita ſe exhibens omnium hominum, vel maioris partis alicuius loci conſpectui, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſsit, notorium dicitur. ver. Guido dixit. ibid. nu. 2.

fama vbi agitur, procurator ex parte rei non recipitur, niſi mandatum ſpeciale habeat, vel alias prætor aduerſus abſentem proceſſurus eſſet. in primo volumine. de procuratorib. c. tuæ fraternitati. numero 10. 284

¶Familiæ appellatione quid venit. in primo volu. de arbi. c. cum olim. numero 4. 311

familiæ ſignificata quot. in iii. vol. de conuer. infid. c. ex literis. ver. in gl. iii. nu. 6. 167

familia epiſcopi ipſius priuilegio gaudet. in iii. vol. de vo. c. magnæ. ver. famulis. nu. 14 171

¶Familiari ſi præcipiatur, quod portet ſal, omnes currere debent. in j. volu. de reſcrip. c. eam te. nu. 28. 24

familiaris Papæ non obſtante conſtitutione contraria præbendæ ſuæ fructus an abſentia percipit. in iii. vol. de cle. non reſi. c. cum dilectus. numero 19. 19

¶Fatalia non currunt, quando viæ ita ſunt clauſæ, quod ſine periculo curia adiri non poteſt. in ij. volu. de appellatio. c. ex ratione. ver. fatalia. numero 7. 250

fatui Pariſienſis iudicium ſonum vnius Turonenſis pro odore aſſati tabernatio compenſando, quoniam nullum magnum ingenium extat ſine miſtura dementiæ. in primo volumine. de conſue. c. ad noſtram. nume. 8. 36

¶Foeminæ

¶Feminæ ſecundum conſuetudinem gallicanam in dignitatibus & feudis ſuccedunt, ſecus de iure communi, ubi etiam paulo poſt, an ſub maſculo fœmina cóprehendatur. in j.uol. de reſcrip. c. ſignificauit. nu. 4. 47
fœmina cur poſtulare prohibeatur. de renun. c. poſt tranſlationem. uer. prohibetur fœminam. nu. 25. 151
fœminæ de iure iudicare poſſunt, ſi regnum, uel comitatum habeant. in j.uol. de arb. c. dilecti. nu. 12. 39
¶Fenix auis quæ ſit, & quæ ipſius natura. in j.uol. de offi. deleg. c. quoniã abb. uer. fenix. nu. 30. 207
¶Feriis introductis ob honorem Dei, & ſanctorum, niſi ob neceſſitatẽ, uel pietatem iudicium exerceri non poteſt, etiam de partium conſenſu, poſſunt tamen partes renunciare feriis hominum fauore introductis. in ii. uol. de fer. c. conqueſtus. nu. 1. 55
feriæ ſi occurrant, exiſtentibus aliquibus de remotis partibus in curia per ſe, uel procuratores, an dictæ feriæ huiuſmodi proceſſum impedire poſſint. nu. 12.
feriæ curiæ in curia obſeruandæ ſunt, niſi aliquo in caſu. ibid. nu. 14.
ferias ſi iudex generaliter non indixerit, quid iuris. ibi. nu. 15.
feriæ uindemiarum an dari debeant in regionibus illis, in quibus nec vineæ ſunt, nec uinum communiter bibitur, ſicut in hybernia. uer. ſed nunquid. ibi nu. 15
feriis uindemiarum gaudent milites & clerici & alii etiam, licet agricolationi non intendant. ibi. nu. 16.
feriæ triplices inueniuntur. i. feriæ in honorẽ Deorum, in honorem hominum, & etiam patriæ, & ille qui terminum ſtatuit partibus, quid caute attendere debeat. nu. 13.
feriarum tempore quæ cauſæ exerceri poſſint. ibi. nu. 22.
feriarum meſſium in menſis principio ſi iudex literas recipiat, quid circa prorogationes fiet. in ii. uol. de proba. c. licet. quid ſi iudex. numero 7. 118
¶Feſtiuis diebus propter neceſſitatem licet piſcari, uel licet intendere rei tempore perituræ. in ii. uol. de fer. c. licet. nu. 1. 54
feſtorum principium, & finis fieri debet ſecundum ipſorum magnitudinem & conſuetudinem regionum in præcipuis feſtis, & inter paſca, & pentecoſten non fit ſolennis genuum flexio, ſi tamen tunc epiſcopi, uel clerici ordinentur, ſecundum ordinationis modum genua flectantur, item Romana Eccleſia ſpeciale feſtum de trinitate non facit, ſeruetur tamen circa hoc cuiuſque eccleſiæ conſuetudo. in ii. uol. de fer. c. quoniam. nu. 1. 54
feſtum natiuitatis ſi ſexta feria occurrat, carnes concedere licet, exceptis uouentibus, & profeſſis. in iii. uo. de obſerua. ieiun. c. explicari. nu. 1. 232
¶Feudum ſi magnus comes a paupere epiſcopo teneat, an epiſcopus opprimat, uel opprimatur. in j. uol. de alie. iudi. c. ex parte. uer. quid enim. nu. 13. 30
feudi dominus, ſiue eccleſiaſticus, ſeu ſecularis ſit, cauſam feudalem cognoſcit, & feudi quilibet dominus quantumcunque ciuilis, uel etiã ruſticus, ſuper rebus feudalibus iuriſdictionem habet, in ſecundo uol. de fo. com. c. uerum. nu. 1. 18
feuda minoris in monaſterium tranſire habent. in ii. uol. de proba. c. in præſentia. nu. 16. 106
feudum, uel precarium ſi tibi concedo, & tuis hæredibus, nunquid de ipſis filiis intellectum uideatur. uer. quod ſi concedo feudum. nu. 32
feudum ſi eccleſia a ſuo uaſallo in pignus recipiat, abſtinendo ab eius ſeruitio, fructus in ſortem computare non tenetur. in iii. uol. de feud. c. inſinuatione. nu. 1. 87
feudum de nouo prælatus integrare poteſt, ſi uaſallum appareat in menſura deceptum, non obſtante iuramento de non infeudando. in iii. uol. de dona. c. per tuas. nu. 1. 99
feudum ſi eſſet, cuius ratione præpoſitus, uel decanus homagium recipere conſueuit, ad quam monetam ſoluendum eſſet. in iii. uolu. de cenſ. exact. & proc. cum canonicis. nu. 2. 214
¶Fideicommiſſum filiusfamilias, uel ſeruus in codicillo relictum confirmatur, ſi poſtea manumiſſus in eadem uoluntate decedat. in ii. uol. de fo. cõpe. c. ex tenore, uer. in gl. nu. 20. 15
fidei commiſſum, vel legatum ſi tibi a me relictum fuerit, & tu poſt tempus rogatus es reſtituere mihi, illud non uenit in falcidiam. in ii. uo. de fid. inſtr. c. inter dilectos. nu. 23. uer. fundo. 168
fideiuſſor, qui promiſit aliquem præſentare, uel pœnam dare, ſi poſt tempus infra ſex menſes illum præſentet, pœnam euadit. in j. uol. de arbi. c. cum dilectus. uer. ſtatuimus. nu. 3. 310
fideiuſſor an teneatur, ſi ipſe fideiuſſor obligatus ſit pro pecunia, quæ ad certum tempus debetur, uel pro alia re, quæ infra certum diem fieri debeat, & creditor ſolutionis diem prorogauerit prin. debitori non conſentiente ipſo fideiuſſore. in tertio uol. de fideiuſſo. c. conſtitutus. nu. 2. 933
fideiuſſor religioſus ſi fideiuſſor, uel ſi mutuum acceperit ſine licentia prælati, & maioris partis capituli, conuentus nõ tenetur, & ipſe punietur. in 3. vol. de fideiuſſo. c. quibuſdam. nu. 1. 9
fideiuſſore ſi fideiuſſio facta fuit ſine ſcriptis, & extra iudiciũ non in cã publica, ipſe fideiuſſor non tenetur, niſi uſque ad duos menſes. in 3 vol. de fideiuſſo. c. eũ pro quo. nu. 1. 94
fides eſt media opinionis & ſcientiæ neutrũ attingens, & alia multa. de ſum. Tri. in rubr. nu. 16. 56
fides eſt ſubſtantia. i. fundamentum, ſeu firma ſubſiſtentia ſperandarũ rerum, argumentum non apparentium. ibi. nu. 13.
fides informis in quantum fides fidei formatæ naturam ſapit, quæ voluntaria. ibi. nu. 18.
fides qualis in laicis reperiatur, & qualis in epiſcopis ac clericis inferioribus. ibi. nu. 23.
fides etiã iurata ſeruanda non eſt ei, qui fidem frangit. in 2. volu. de iur. iur. c. ſicut. nu. 1. 187
fidem malã in contrahendo & ſi habeat is, qui patrimoniũ vendit, & is qui emit, ſed in æſtimatione & ſolutione quilibet habet bonã fidem, quoniam iuſtè æſtimatum, & plenè ſolutum, an ſicut lex Titia dicit, in totũ reuocetur. in tertio vol. de teſta. ca. Raynutius. nu. 13. ver. quid ſi is qui. 113
¶Fieri tardè aliquid, vel non fieri, non refert. in 1. vol. de procu. c. auditis. nu. 2. 281
¶Filiusfamilias habens liberã peculii adminiſtrationẽ non donat, quia illa adminiſtratio non eſt data, vt perdat, tamen ſi iuſta ratione motus donet, valet. in 1. vol. de electio. cap. cum nobis. nu. 23. ver. in glo. vlti. 85
filius ſacerdotis eccleſiæ paternæ præeſſe non poteſt. in 1. vol. de fil. preſbyte. c. præſentium. nu. 1. 174
filio ſacerdotis epiſcopus, qui ſcienter eccleſiã paternã contulit, exinde eum remouere non poteſt. in primo volu. de fil. presbyt. ca. veniens. nu. 1. 174
filiæ ſacerdotis nunquid per literas ad vnũ epiſcopũ impetratas cũ clauſula, ſecũ diſpenſatum intelligatur. ibid. nu. 7.
filius præeſſe poteſt eccleſiæ, cui pater mediate præfuit. in 1. volu. de fil. presby. c. ex tranſmiſſa. nu. 1. 175
filius poteſt præeſſe eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtrauit. in 1. vo. de fil. presby. c. conſtitutus. nu. 1. 175
filius cum ſacerdotum ſi cui a papa conceſſum fuerit, vt poſſit diſpenſare circa eccleſias paternas immediate tenendas, & cum aliquo diſpenſauerit, ille talis per iuſtinæ literas contra eum impetratas remoueri non poterit. in 1. volu. de fil. presby. capitulo ex tua. numero 1. 176
filius ſi manifeſtũ fuerit, quod in eccleſia immediate patri ſucceſſerit, ſine aliqua teſtiũ receptione ab illa remouebitur. in 1. vol. de fil presby. c. quoniam. nu. 1. 176
filius etiã legitimus remouetur ab eccleſia, in qua immediate ſucceſſit patri, vicario, vel rectori. in 1. vol. de fil. presby. cap. ad extirpandas. nu. 1. 176
filius epiſcopi legitimè natus ad ordines promoueri poteſt, & in paterna eccleſia beneficiare. in 1. volu. de fil. presbyte. capitulo ad hæc. nu. 1. 176
filius non poteſt eſſe vicarius eccleſiæ, in qua pater proximus rector fuit. ibi. nu. 4.
filius vt immediate in eccleſia ſuccedat, alius quàm papa non diſpenſat. in 1. vo. de fil presby. c. dilectus. nu. 1. 177
filium aliquẽ ſi qui nominent, & ita cõiter reputatur, non creditur poſtea alteri eorũ contrarium iuranti. in 3. volu. de probat. c. per tuas. nu. 1. 120
filius ſacerdotis greci ex vxore genitus inter laicos licitè promouetur, ſi ſcandalũ non obſiſtat. in 3. vol. de cleri. coniuga. capitu. cum olim. nu. 1. 13
filius ſacerdotis greci, eo quia inter latinos conuerſatur, & eſt in orientali eccleſia legitimus, niſi conſuetudo regni repugnet, non tantum conſecratur, ſed etiam confirmatur, & etiam eligitur a latinis, & inter latinos. ibi. nu. 2. ver. conſtrue ſecundum Hoſt.
filius rogatus reſtituere hæreditatẽ detrahit debitã iure naturæ & quartam trebellianicam, in quibus legata relinquere poteſt, hæredes inſtituere, & etiam pœnas apponere. in 3. volu. de teſta. capit. Raynaldus. nu. 2. 116
filius ſi petat ab hærede ſibi legitimã in vna re, vel dioceſi aſſignari, hæres autem reſiſtit, hoc iudici relinquendum eſt, vt penſata æquitate, & malitia, hincinde terminet quod æquius fuerit. ibid. nu. 2. ver. quod ſi filius.
filius, qui illegitimus dicebatur, ſi legitimus pronuncietur, & ipſe poſtea agendo contra illum, qui obtinuit, hæreditatem, vel alia petat, quæ illegitimus petere non poteſt, quid iuris, & nunquid admittatur ſecundo agens it, qui præſens fuit in prima ſententia, & tacuit, nec appellauit. in 4. vol. qui fil. ſint legi. c. cauſam. nu. 6. 55
filii concepti de clandeſtino matrimonio, poſt cõceptionẽ tñ per eccleſiã approbato, ſed demũ propter impedimentũ canonicũ ſeparato, licet poſt approbationem & ſeparationẽ nati legitimi reputari debent. in 4. vol. qui fil. ſint legiti. c. quod nobis. nu. 1. 56
Filius eorum eſt illegitimus, ſi ſcientes inter perpetuum impedimentum, matrimonium contrahant. in iiii. uol. qui fil. ſint legi. c. referente. nu. 1. 16
filium ad docendum illegitimum non ſufficit probare impedimentum.

tũ matrimonij in facie eccleſię contract. in 4. vol. qui ſi. ſint leg. c. per venit. nu. 1. 56
filius natus ex ſponſa de futuro legitimus eſt, licet nunquam fuerit matrimonium in faciem eccleſię publicatum. in 4. vol. qui ſi. ſint legi. c. per tuas. nu. 6. 57
filii an ſint legitimi, ſi ambo parentes impedimentum ſciant, ſed in facie eccleſiæ contrahunt, vel alter tantum impedimentũ ſcit, & clanſtine contrahunt, & demũ matrimoniũ ſeparatur. in 4. vol. qui ſi. ſint leg. c. ex tenore. ver. quid ſi ambo. nu. 5. 60
¶Firmitas eſt animi conſtantia, qua quis rei apprehenſæ ita tenaciter inheret, q̃ ab ea aliquo impulſu euelli, uel ſeparari non poteſt. in 3. uol. de ſum. tri. c. firmiter. nu. 2. 8
¶Fiſcus ſpeciale habet, q̃ ille, contra quem agit, tenetur edere inſtrumẽta contra ſe facientia, & pro fiſco. in 2. volu. de proba. c. ex epiſtolę. nume. 3. 110
¶Fiſcalis liber, in quo continentur accepta & expenſa, etiã ſi imperialis ſit, vel fiſcalis, euidendus eſt contra imperatorẽ in probationis defectum, non autem aliter. ver. & talis liber. nu. 8.
¶Formas electionum concilii ſtatuit, ſecundũ quas prouidere debet eccleſiis viduatis, caſſans electiones aliter factas, & iubens contrafacientes tunc eligendi poteſtate priuari. Item prohibet in electionis negocio procuratorem conſtitui, niſi cętera concurrant, inde præcipit electiones ſtatim publicari, & clandeſtinas reprobat. in 2. vol. de ele. c. quia propter. nu. 1. 115
formæ electionum quæ. ibi. nu. 28. 126
forma electionis inſpirationis diuinę Deũ auctorem habens alia confirmatione non eget, ſicut fuit electio beati Ambroſii, beati Nicolai, & beati Seueri. ibi. nu. 40.
forma electionis quaſi inſpirationis diuinę eſt, quando canonici inſpirati paraclito ad inſtar Apoſtolorum vno ore loquentes eligunt, & illa propter dubium cõfirmatione, & probatione canonica indiget. ver. ſecunda eſt. ibi. nu. 40.
formam nullitatis qui impetrat, ſi deficiat in probatione appellationis, vel nullitatis, conſtat tamen, quod iniuſte ligatus ſit, quid iuris, & quid ſi poſtea tanquam ab iniuſta abſolui petat. in ſecundo volumine. de offi. delega. c. cum contingat. verſicu. quid ergo ſi poſtea. numero 6. 231
¶Fornicarius quantumcunque occultus ſuſpectus eſt quo ad ſe, & quo ad Deum. in 3. vol. de vi. & ho. c. vt clericorum. verſi. fornicarius. numero 2. 5
¶Fornicatio per dicta coniuratorũ nõ probatur. in 3. vol. de coha. cle. c. tua nos. nu. 1. 11
fornicatio ſpiritualis a carnali in quo differat. in 3. vol. de conuer. coniu. c. mulier. nu. 2. 166
¶Fornicatore, qui rei euidentiam non habet, nec in iudicio conuictus vel condemnatus eſt, parochianus diuina audire poteſt, & ab eo ſacramenta eccleſiaſtica recipere, & excuſatus eſt parochianus, quamdiu ab eccleſia toleratur. in 2. vol. de reſt. ſpo. c. in literis. ver. ſed proprius. nu. 11. 75
fornicatorum pœna ſecundum rigorẽ eſt diſpoſitio. in 3. vol. de vi. & ho. c. vt clericorum. ver. ſanctiones. nu. 3 5
¶Foro in vtroque cum accuſatio adulterij fieri poſſit, nunquid per vnum reliquum tollatur. in 1. vol. de procuratoribus. c. tuæ fraternitati. nu. 3. 224
forum in neutro genere pro cuiuſq; iudicis territorio ponitur. in 2. vol. de fo. comp. in rub. nu. 2. 16
fori ſimilitudo quadruplex eſſe dicitur. in 1. volu. de iud. c. cauſam. ver. Franciſcus. nu. 3. 14
forus in maſculo locus eſt, vbi ius redditur. in 2. vol. de forcõpe. in rub. nu. 3. 16
forum quis ſortitur rei ratione, de qua agitur. in 2. vol. de fo. comp. c. ſane. nu. 1. 17
forum quiſpiam quinq; modis ſortitur. in 2. vol. de fo. compe. c. licet. 2. nume. 2. 30
fori declinatoria inter ipſa litis auſpicia proponenda eſt, & probanda, alioquin iu; cui competit, in perſona iudicis conſentire videtur. in ſecundo volumine. de exceptionibus. c. paſtoralis. ver. ſed declinatoria. nu. 4. 205
¶Foroneus Rex primus leges inſtituit, deinde Conſtancius, & ſucceſſores. in primo volumine. de ſumma Trini. c. firmiter. ver. Foroneus vero rex. nu. 38. 8
¶Foreſta ſecundum vulgare Angliæ, & Francię, vbi talia ſunt loca, dicitur nemus latũ ſine aqua, quando eſt prope flumen, dicitur ſilua, quando aqua circundatur, dicitur inſula, quando includitur muro, vel palis, dicitur parcus. in 3. uol. de dona. c. cum dilecti. nu. 5. 100
¶Frater querelã habens contra fratris teſtamentũ, qui turpem perſonã inſtituerat, illam præparatam ad heredem tranſmittit. in 1. volu. de reſcri. c. ſignificauit. nu. 9. 47
¶Fratres alicuius domus, qui procurare tenentur, licet illorum numerus nunc creuerit, procurabunt omnes, ſed ſi ex eo nimium grauarentur, eis per iudicis officium conſuletur. in 3. volu. de cenſib. c. quanto. numero 2. 107
¶Fraternitas quid proprie dicatur, & quotuplex ſit. in 3. uol. de regul. c. Ioannes. nu. 6. 120
¶Fullo ſi perdidit inſtrumenta mea, expenſis fullonis contra furẽ ago: ſed ſi hoc mihi eſt difficile, iudex mihi illum ex locato condẽnat, & cogit me ſibi actiones præſtare. in 2. uol. de iureiu. c. querelam. uer. ſi fullo. nu. 4. 286
¶Funiculus teſtimonialis hæreditatis domini eſt triplex, ſcilicet incarnatio, conuerſatio, paſsio, quibus ipſam hæreditatem ſpecialiter huit Deus, quia natus fuit in Bethelem, nutritus in Nazaret, & ſepultus in Hieruſalem. in primo volumine. de electioni. c. cum terra. nume. 9. 81
¶Fundus dotalis ſi alienetur, qui poſtea reperitur, an fideiuſſor ipſi emptori datus teneatur, & etiam acceſſorij. in 2. uol. de iur. c. cum contingat. nu. 7. 197
¶Fructus rei pignoratę in ſortẽ cõputantur, unico caſu excepto. in 5. uol. de uſur. c. conqueſtus. nu. 1. 75
¶Furioſus profitendo non obligatur, niſi ſanę mentis factus ratã habuerit. in 3. uol. de reg. c. ſicut tenore. nu. 1. 255
¶Fundum ſi quis habeat, in quo habet eccleſiam, ſi fundum uendat, an etiam ipſa eccleſia tranſibit. in 3. uol. de iu. pa. c. ex literis. uer. quid ſi quis. nu. 3. 192
¶Fur ſi a domino rem furtiuam emerit, & pro tradita habuerit, deſinit pro furtiua poſsidere, & pro ſuo poſsidet. in 1. uol. de renun. c. poſt tranſlationem. nu. 25. 151
fur quando de equitate agit. in 2. uol. de reſti. ſpo. c. in literis. uer. eſt tamen caſus. nu. 20. 76
fur diurnus ſine culpa occiditur, nocturnus autem non. in 5. uol. de homi. c. ſi perfodiens. nu. 1. 57
fur ſi rem furtiuã alienauerit, an ipſam reſtituere teneatur. in 5. uol. de fur. c. qui cum fure. nu. 1. 71
fur occultus poſt reſtitutionẽ, & pœnitentiã ad ſacerdotium promouetur. in 5. uol. de fur. c. ex literis. nu. 1. 71
¶Fur a latrone in quo differat. in quinto uolu. de furtis. capitulo fures. nume. 1. 71
¶Furtiuam rẽ quis propria ſua auctoritate accipere poteſt, dũmodo ex hac exceptione nec malũ nec ſcãdalum aliud generari poſſit. in 2. uol. de reſt. ſpo. c. olim. uer. unde. nu. 16. 81
¶Furti non manifeſti ad duplum ſoluendum condemnatus, niſi infra xx. dies ſe purgauerit, qui terminum recipiẽs ad diem xx. ueniens appellauit, de tribus quæritur. primo an ualeat appellatio, & dicitur, q̃ non. ſecundo, an poſsit conqueri de quadrimeſtri tempore breuiato, & tenetur, q̃ non. Tertio, an ab executore appellare poſsit, & concluditur q̃ non, niſi modũ excedat. in 2. uol. de ſen. & re iud. c. quod ad conſultationem. nu. 15. 233
furtum nunquid inter caſus fortuitos computandũ ſit. in 3. uol. de commo. c. cum gratiam. nu. 19. 76
furtum quando a perſona coniuncta fieret, uel a tali, de quo neque diligentiſsimus ſuſpicaretur, tunc in caſum fortuitum cadit. uer. in furto. ibid. nu. 19.

G

GAneæ ſuæ tabernarius cyphum furatus fuerat, quem ſibi ſoli cõfitebatur, ſed nolebat in publico confiteri, aſtuta aſſit ganea poſt parietem poſuit tabellionem, & teſtes, & uocato tabernario, cũ ille ipſa abuti uellet, negauit illa ſibi obtemperare, niſi cyphum furatum redderet, ille calefactus libidine dixit ſe redditurum, & tunc ganea dixit, confiteris te habere & promittis te reddere, & ille reſpondit, confiteor, & promitto, & tunc illa rogauit tabellionem & teſtes pro inſtrumento cõficiẽdo, tabernarius autem territus ipſum cyphum reddidit. in 1. uo. de confiſe. c. ex literis. nu. 7. 55
¶Gazophylatium dicitur locus, vbi theſauri, uel diuitię reponuntur, & uocatur etiam archiuus. in 2. uol. de prob. c. ex epiſtolæ. nu. 7. 110
¶Generi iure per ſpeciem derogatur, & illud potentiſsimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt. in primo uol. de reſcrip. c. cum ordinem. nu. 8. 23
¶Gladium ſi quis ſe defendendo, uel ſocium ſumpſerit, dummodo homicidiũ, uel membri truncatio non interuenerit tutus eſt. in 1. uol. de cor. ui. c. de presbytero. nu. 7. 182
gladium materiale nutu Papa habet, imperator iuſſu, miles autem uſu, uel manu. in 2. uol. de iudi. c. nouit. uer. ubi ſupra. nu. 39. 10
¶Gloria patri ad preces Hieronimi Damaſus Papa ſtatuit dici in fine pſalmorum. in 2. uol. de fer. c. quoniam. nu. 1. 54
¶Gloſſarum nouella compilatio genetricis & genitę nomen gerit. in proce. 1. uol. nu. 1. 2
¶Generalis procurator bonorum adminiſtrãdorũ res domini ſine ſpeciali mandato non alienat, niſi fructus, uel res, quæ facile corrumpũtur. in 1. uol. de reſcri. c. ex parte. uer. procurator. nu. 13. 46
generales inquiſitores ſi nõ ſeruauerint debitum inquiſitionis ordinem prudenter, & caute corrigere debent. in quinto uol. de accu. c. qualiter. 1. nu. 1. 9

¶Genus perire non poteſt.in ii.uol.de plus peti.c.Conſilium.uer.debitor.nu.6. 63

¶Germania a gigno gignis dicitur propter ſecunditatem generandi.in j.uol.de electio.c.uenerabilem.uer.patria illa.nu. 7. 107

¶Geſta dicuntur quandoque facta non ſcripta, quæ hominum mente retinentur,& quandoque publicantur, & in ſcriptis rediguntur, & alia multa de iſta concluſione.in j.uol.de procu. c. alia quidem. nu.8. 281

¶Gradibus conſanguinitatis,uel affinitatis legati non diſpenſant ſine licentia Papę,inferioribus autem in reſeruatis diſpenſare,non licet. in j.uol de tranſactio.c.ex parte.nu.4.ver. in gradibus. 274

gradum vnũ deſtruere ſufficit ad conſanguinitatis reprobationem. in ii.uol.de teſti.c.ſeries.nu.4. 138

¶Grãmaticam qui ignorat,& ex vſu perfectè literaliter loquitur, ſi promotus fuerit ad dignitatem epiſcopalem,uel inferiorem,an deponẽdus ſit.in j.uol.de æta.& quali.c.quamuis.nu.2. 169

¶Grana aliqua ſiliginis,uel ordini,uel alterius bladi ſi cum granis frumenti permixta ſint,de quibus panis factus eſt, quid iuris. in iii. uol. de celebra.miſſ.c.cum Marthe.uer.quid ſi aliqua.nu.7. 120

¶Gratiam nunquid aliquis voluerit facere,nec ne, qualiter ſciatur. in j.uol.de electio.c.in cauſis.nu.38. 103

gratiæ aduerſarii qui ſe ſubmittit,iuri ſuo non renunciauit.in j. uolu.de renuncia.c.venientes.nu.1. 152

gratiam in cauſa capituli propoſuit.de fil.presby. Papa ſubdiacono nõ fecit ampliorem, ut eccleſiã pro ſe regeret,& ad ſuperiores aſcenderet,in j.uolu.de fil presby.c propoſuit.nu.13. 175

gratia iudex mitti ad perſonas egregias,cum de iuris neceſſitate non teneatur,in j.uol. de offi ordi.ſignificauit.nu. 17. 248

¶Grauamen illatum contra ius litigatoris tranſit in rem iudicatã, uel approbatur per partem infra.x. dies ab illo non appellantem. in ii. uol.de ſen.& re iudi.c.cum.I.& A.ver.per quod no.nu.8. 243

¶Grauis pro grandi ſumitur,& multa de iſta dictione.in j.uol.de procur.c.querelam.nu.3. 281

¶Greci quamuis latinis pręlatis ſubiecti de mandato ſuorum prælatorum a grecis ordinari poterunt,quauis per eccleſiam talis mos toleretur.in j.vol.de tem ord.c.cum ſecundum.nu. 1. 157

grecus & presbyter coniugatus ſi ſe cum uxore transferat ad morandum inter latinos,nunquid vxorem ſibi retinere licitum erit. ibid. nu.2.

grecus epiſcopo latino ſubiectus ſi a greco ordinetur, aut ſine latini licentia,tunc ſibi executio interdicitur,aut de licentia, & tunc in illa toleratur,in j.uol.de tempo.ord.c.ꝙ tranſlationem.nu.1. 118

grecus a latino ordinatus,uel econtra,in quo diſpenſari mandatur. ibi nu.6.

grecorum eccleſia in ordinationibus & conſecrationibus ſeruare dẽt. vnctiones,quas ſeruat eccleſia Romana,epiſcopus aſit cũ conſecratur,inungitur criſmate in capite,& manibus, quod ſi prætermiſſum fuerit,per tres epiſcopos eſt ſupplendum.in j.uol.de ſacra.vnctio. c. cum veniſſent.nu.1. 170

greci ſacerdotes procurantes,uel ſtudioſi negligentes filiorum oppreſſionem,deponuntur,& ſi hoc publicũ eſt.publice pęnitebunt. in v. vol.de pœn.c.quæſitum.nu.1. 124

¶Gregoriana compilatio,ac nouellarum ex authorum intentione conueniunt.in prologo.j.uol.nu. 3. 2

¶Gregorius pontifex fuit uir ſummę humilitatis.in ii.uol. de confirm. vti.c.tua nobis.nu.4.in glo.1. 29

gregorii pontificis intentio fuit diuerſas conſtitutiones, & decretales epiſtolas in diuerſa uolumina diſperſas,aliquibus ſuis conſtitutionibus additis,in unum uolumen reducere.in prologo primi volum. nu.3. 2

H

HAbitum quem predeceſſores portauerant, alii portare non coguntur,ſi in aliqua eccleſia regulares eſſe conſueuerant,& paulatim in ſeculares deuenit. in j. volu. de electio.c.cum cauſam.nu.8. 97

habitum monachalem ſumens per uim,ſtando per annum curratificet,ſumens autem ſponte, & non uouendi intentione, cur non ratificet.in iii.uol.de regula.c.ſi quis.nu.9. 148

habitum profeſſorum qui recipit,ubi diſtincti ſunt, ibi uel alibi religioſus eſſe compellitur in iii.uol.de regu.c.ſuper eo.nu.1. 151

habitum monachalem qui ultra annum defert, ubi habitus indiſtincti ſunt,tacite profeſſus eſſe dicitur.in iii.uol.de regula. c. ſuper eo. numero 1. 151

habitum monachalem qui ultra annum defert, vbi habitus indiſtincti ſunt,tacite profeſſus eſſe dicitur.in iii.uol.de regula.cap.ex parte. numero 1. 155

habitationem ſi lego,non intelligitur unius anni tantum,ſed ad uitam, & ſibi imputet ſecundum eum,ſi donatio a principio apertius declarata non fuerit.in iii.uol.de cenſi.c.quanto.uer.in gl.3. nu.8. 207

¶Henricus,qui fuit de ſecio,idem eſt quod Hoſtienſis.in proœ.j. uolu. nu.4. 3

¶Hæreditatem princeps ex imperfecto teſtamento non uendicat, nec etiam legata,uel fideicommiſſa.in j.uolu.de conſti.c.canonum. uer. & ibi ex imperfecto.nu.10. 11

hæreditatis petitio contra debitorem in diem non competit, cum nec pro hærede,nec pro poſſeſſore poſſideat,ſed actio ex mutuo, & cõſimiles bene competunt contra debitorem in diem,licet creditor,ꝗ ante diem agit,male agat.in ii.uol.de plus peti. c. conſilium. uerſi. ideo eſt.nu 4. 62

hæreditatis petitio competit ad proprietatem recuperandam. in ii. uol. de proba.c.in præſentia.uer.ad proprietatem.nu.4. 115

hęreditates & legata,quæ monacho,ſeu monaſterio occaſione perſonę monachi ab inteſtato,uel ex teſtamento obuenire debent,melius capiat monaſterium,quam monachus cepiſſet,ſi in ſeculo permanſiſſet.ibi.nu.21. 116

¶Hæres ſi vltramarinus ſit,illius,qui Romæ iudicium ſuſcepit, Romæ defendere cogitur.in j.uol.de electio.c.querelam nu.44. 94

hæredem iudicem ex aſſe,uel ex parte ſi litigans fecit, alter iudex dandus eſt.uer. Iulianus.ibi.nu.44.

hæres non ſuccedit in ſocietate etiam ex ſpeciali pacto, quamuis in actione ſuccedat,per quam tenetur rationem reddere, & reliqua pręſtare,cum in iudicio uero ſemper ſuccedat.etiam ſi nihil dictum ſit in j.uol.de arb.c.compromiſſum.nu.5. 319

hæredes duo ſi iuſſi ſint manumittere duos ex tribus ſeruis, quos habebant,altero heredum latitante,alter ſolus declarat, & manumittit,& breuiter perinde ac ſi ſolus manumittere potuiſſet. in j. uolu. de offi.dele.c.prudentiam.nu.45.uer.ſi legatario. 218

hæredis expreſſio an tacitum de proximo intelligatur in. j.uol. de arb. c.compromiſſum.ver.& an expreſſio.nu.2. 315

hæredum unus licet hæreditatem adiuerit in totum, uel pro parte, & quamuis multo tempore pro hærede ſe geſſerit,nihilominus tamen alius hæres etiam ſola uoluntate pro toto, uel pro eadem parte hæreditatem adire poteſt.in ii.uolu.de proba.cap. in pręſentia. numero 3. 115

hæredis inſtitutio eſt teſtamenti fundamentum.in iii.uol. de ſepul. cap. nos inſtituta.uer.fundamentum.nu.4. 124

hæres eius,qui ſuper contractu iurauit, an coram iudice eccleſiaſtico conueniri poſſit.in iii.uol.de ſepul.c.parochianus.ver.an hæres eius. nu.5. 131

hæres ſi hereditatem vendat,an eius patronatus in emptorem tranſeat. in iii.uolu.de iur.patro.c.ex literis.ver.plus dico. nu.3. 191

¶Hereticus cenſeri non debet,licet quis in fide erret, dum tamen eccleſiæ Romanæ fidem ſuſcipere paratus ſit,uel ſe illam tenere fateatur.in j.uol.de ſum.tri.c.damnamus.nu.1. 10

hæreticus reuerſus an ius patronatus recuperet.in j.uol.de elec. c. quia diligentia.nu.10. 74

hæreticum occultum an delegati abſoluant.in j.uol.de offi.delega.cap. prudentiam.nu.30. 211

hæreticus perſeuerans æternaliter damnatur,cui nec ualet baptiſmus, eleemoſina,uel martirium.in v.volu.de hereti.c. firmiſſime. numero 1. 46

hæretici,receptatores,& fautores ipſorum ſunt excommunicati, & in hoc peccato decedentes in cœmiterio eccleſiæ ſepeliri non debent, nec pro illis orari.in v.volu.de hæreti.c.ſicut ait. nu.1. 47

Hæreticus male ſentiens,uel docens de ſacramentis excommunicatus eſt,niſi ſe corrigat,& errorem abiuret,& ſi ſit clericus, degradatur, & traditur curiæ ſeculari,per quam ut laicus legitime punietur. Itẽ eadem eſt pœna ſuſpectis,qui ſe non Purgant,relapſis vero audientia denegatur. Item ſeculares principes,qui iurare nolunt de eccleſia contra hæreticos defendenda dignitate priuantur excommunicantur,& ipſorum terræ interdicuntur,ciuitates uero reſiſtens aliorum commmercio & ſpeciali dignitate priuantur, in v. uolu. de hære. c.ad abolendam.nu.1. 48

hæreticorum bona confiſcantur,etiam ſi catholicos habeant filios.in v. uol.de hære.c.vergentis.nu.1. 49

hæreticorum eſt quædam ſecta,qui nuditatem ſecuntur.in v.uo. de fur. c.ſi quis.nu.1. 78

hæreticus quo caſu iudicari debeat ſuſpectus & contumax, expectatus per annum,ut ſe purget.in v.uol.de hære. c. excommunicamus. numero 5. 51

¶Homicidium caſuale non imputatur ei,qui non fuit in culpa. in v.uo. de homi.c.lator.nu.1. 59

homicidium ſi ſequatur ex illicita alicuius opera, irregularis eſt. in v. vol.de homi.c.ſuſcepimus.nu. 1. 59

homicidium caſuale imputatur ei,qui rei licitæ operam dabat, ſed nõ adhibuit eam diligentiam,quam debuit.in v.vol. de homicid. c. ad aud.entiam.nu. 1. 60

homicidium ſi quis non conſuluit directè,conſuluit tamen quodãmodo indirectè,an ei imputandum.ibi.nu.3.

homicidium fieri ſi conſulatur alicui læſo,uel alicui,cuius intereſt, ille tamẽ,cui conſulitur,nõ ſtatim,ſed poſtea & lõgo tẽpore interpoſito

homici

homicidium caſuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licitę, nec in culpa fuit. quid ſi aliquis. ibid. nu. 3.

homicidium caſuale non imputatur ei, qui nō occidit, nec in culpa fuit, etiam ſi ad cautelam veniam poſtulauerit. in v. vol. de homi. c. exhibita. nu. 1. 64

homicidiū caſuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, nec in culpa fuit, etiam ſi ad cautelam veniam poſtulauerit. in v. uolu. de homi. c. Ioannes. nu. 1. 64

¶Homicida habet ſpeciale, q̀ cum eo non diſpenſatur. in j. uol. de tēpo. or. c. quæſitum. ver. & ſi dicis. nu. 8. 161

homicida eſt, qui facit, vel dat ſterilitatis ſortilegia, vel venena. in 5. vo. de hom. c. ſi aliquis. nu. 1. 57

homicida & ex conſequenti an irregularis ſit, qui conſulit, q̀ caſtrū furtiue, vel proditionaliter capiatur. verſiculo quid ſi conſulat. numero 3. 60

homicida & irregularis an ſit, ſi conſulatur, q̀ maleficus capiatur. ver. quid ergo ſi conſulatur. ibi. nu. 3.

homicida & irregularis an ſit, ſi illud expreſſe, tacite tamen non prohibeat. uer. quid ergo ſi expreſſe. ibi. nu. 3.

homicida & irregularis an ſit ille, qui alicui conſulit, q̀ proiiciat ſe in mari, vel q̀ de mōte præcipitet, & ille, cui hoc ſuggerit acquieſcat. ver. quid ſi aliquis conſulat. ibi. nu. 3.

homicida & irregularis an ſit Titius conſulens Sempronio, q̀ aliū occidat, & ille, cui hoc ſuggerit, inuadit illum, quem occidere debet: ſed alius reſumptis viribus aggredientē ſe occidit. ver. quid ſi Titius. ibid. nu. 3.

homicida & irregularis an ſit ille, qui alicui ſuadet, quod pro patria ſua, vel iure ſuo defendendo, vel etiam proximum arma ſumat, & ſe periculo exponat, & in illo conflictu aliquis moriatur. ver. quid ſi aliquis ſuadeat. ibi. nu. 3.

homicida & irregularis an epiſcopus ſit, ſi ſubdito fiat inſultus contra hoſpitiū alicuius epiſcopi in ciuitate, & idem epiſcopus, qui intus eſt, & de morte ſua, & ſuorum timet, dicat ſuis aſſumatis baliſtas, & omnia arma, & defendatis nos, & vos, & multa homicidia hinc inde cōmittuntur. ver. quid ergo, ſi dubito. ibi. nu. 2.

homicida & irregularis an ſit ille, qui alicui conſulit, q̀ ſe indubitanter pro Chriſti honore morti exponat, vel pro fide, vel pro libertate eccleſiæ. ver. quid ſi alicui. ibid. nu. 3.

homicida & irregularis an ſit ille, qui aliū accuſauerit ad mortē, vel in illa cauſa iudex, uel aduocatus, vel teſtis fuit, & mors exinde ſecuta ſit. uer. quid ſi aliquis. ibi. nu. 4.

homicida an ſit & irregularis clericus iuriſperitus, ſi qs accuſet ad mortem fratrem alicuius clerici iuriſperiti, & ipſe iuriſperitus fratrē defendat, & obtineat ipſum abſolui, qui alias forſan ad mortem condemnatus fuiſſet, & ideo contingit accuſatorem decapitari, qui ſe ad talionis pœnam obligauerat. verſiculo quid ſi quis accuſat. ibidem. nume. 4.

homicida & irregularis an ſit ille, qui tenet Vrſum, vel Leonē, uel Ceruum, qui aliquem occidant. uerſiculo quid ſi aliquis tenet. ibidem. nume. 4.

homicida non cenſetur is, quo prohibente, & cauſam non dante homicidium factum ſit. in quinto uolumine. de homici. c. Petrus. numero 1. 61

homicida quoad legem promotionis percutiens habetur, de cuius uulnere, an fuerit letale, uel non, ſciri non poteſt, ſi ab eo percuſſus, ab alius occiſus extiterit. in quinto nolumi. de homici. c. ſignificaſti. numero 1. 61

homicida an ſit, & irregularis ille, qui non percuſſit, ſed latronem detinuit, uel contra illū clamauit, q̀ ſi non feciſſet, latro fugiſſet & euaſiſſet. uer. quid ſi non. ibi. nu. 3.

homicida an ſit, & irregularis agens, ſi contra furem agatur ad furti reſtitutionem, & iudex conuictum ſuſpendit. uer. quid ſi agatur. ibid. nume. 3.

homicida an ſit & irregularis clamans, ſi ita clamauerit, intendens tātum res ſuas recuperare, latro autē ad hunc clamorem capitur, & occiditur. uer. quid ſi ita. ibi. nu. 3.

homicidę & irregulares an omnes ſint ab officio ceſſare debeant, cum lapis, qui occidit, proiectus eſt ab uno de quatuor, qui in domo erāt, ſed a quo neſcitur. ibi. nu. 7. 62

homicida an ſit, & extraordinarie puniēdus, ſi omittēs ſcienter medicinā debitā deliquit, indebitam malitioſe propinando. in 5. uol. de homi. c. tua nos. uer. quid ſi omittat. nu. 4. 63

homicida an ſit & irregularis, ſi dixerit ſe peritū, cū non ſit, & faciat, uel omittat aliquid, propter quod infirmus mortis periculum incurrat. uer. quid ſi dicat. ibid. nu. 4.

homicida an ſit irregularis medicus bene peritus, qui bonā medicinā ꝓpinauit quantū ad artē, ſed quantū ad materiā mala erat. ibi. nu. 4.

homicida eſt, qui cauſam dat abortui, ſi conceptum viuificatum erat. in quinto uolumine. de homicid. c. ſicut. nu. 1. 63

homicida, & irregularis an cuſtos ſit, qui bono zelo aliquid fecit. in 5. uol. de homi. c. Ioannes. nu. 11. 65

homicida & irregularis an ſit clericus pugnans etiam contra ſaracenos, ſi aliquem illorum occiderit, & in dubio abſtinuerit. in quinto uol. de homicid. c. petitio. nu. 1. 65

homicidiū caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitę, uel licitę, ſi non adhibuit diligentiam, quam debuit. in v. uol. de homicid. c. continebatur. nu. 1. 59

¶Homo, qui poſt angelos creatura eſt nobiliſſima, poſt bruta creatus fuit, & etiam repulſa. in j uol. de ſum. tri. c. firmiter. nu. 2. 8

homo eſt harmonia omnis creaturæ, qm̄ habet eſſe cum lapidibus, & viuere cum plantis. vbi etiam quid ſit harmonia. ibi. nu. 98. 9

hominis nomen ſi ignorem, quem peto, utar demonſtratione, ueluti qui ex tali ancilla natus eſt, vel ex tali hæreditate eſt, in j. uol. de reſcrip. c. ſignificante. nu. 8. 47

homo ubi offenſus ſit, & exceſſus notorius ſit, ſatisfactio præcedit, niſi periculum in mora fuerit. in j. uol. de his, quæ vi me. ve cau. ſi. c. perlatum. nu. 7. 291

hominem ſuæ iuriſdictionis ſi quis citet ſuper cauſa, quæ ſuæ iuriſdictionis eſſe non poſſit, ut ſi laicus ſuper rebus ſpiritualibus citet cā expreſſa, citatio nulla eſt. in ſecundo uol. de dila. c. præterea. uer. idē dicimus. nu. 5 51

homines mei ſine meo conſenſu an alterius cenſualeſſe facere poſſint. in ſecundo uol. de proba. c. licet. nu. 35. 119

¶Honorabile olim erat ex ſacerdote naſci, hodie autem ignominioſum. in j. uol. de maio. & obe. c. ſolitę. nu. 9. 264

¶Honoratur qui ſingulis diebus per magnatem, uel principem, non debet ſibi iniurioſum putare, ſi inter alios ſpecialiter non honoretur certo die, uel tempore. in ſecundo uol. de dila. c. quoniam. & Fran. arguit. nu. 5. 54

honores maiores, uel minores ſunt plus vni, quam alteri exhibendi. in j. uol. de maio. & obe. c. cum certum. nu. 1. 262

¶Horis dicendis excuſatur clericus in minoribus conſtitutus ſtudiorum cauſa abſens, ſecus ſi presbyter fuerit. in 3. uolu. de celebra. miſ. c. presbyter. uer. dicebat tamen Petrus. nu. 12. 218

horis canonicis an infirmus excuſetur, & nunquid poſt conualeſcentiam horas, quas amiſit, dicere teneatur. uer. de infirmis autem. cum alijs plu. ſeq. ibi. nu. 1.

¶Hoſpitalarij poſſunt in ſuum præiudicium tantum ſe & domum ſuā alteri religioſę domui ſubiicere, & donare. in tertio uolu. de dona. c. inter dilectos. nu. 1. 101

Hoſpitalarii in tota prouincia priuatur exhortationis officio, qui mittūt pro eleemoſynis cruce falſo ſignatos, miſſi vero, ſi laici fuerint. excommunicantur, ſi clerici officio, & beneficio ſuſpenduntur, & eadem ſuſpenſione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta eccleſia celebrarunt. Item ſuſpenſi ab epiſcopis per exemptos reſtitui nequeunt. Item confratres priuilegiatorum, qui ad ipſos non transferunt, priuilegiati non ſunt, in v. uol. de priui. c. tuarum nos. numero 1. 102

¶Hoſpitium an ſit debitum, & reddi debeat, ſi aliqua perſona nedum eccleſiaſtica, ſed etiam ſecularis reſeruauerit ſibi certum cenſum, vel hoſpitium annuum in eccleſia aliqua pro beneficiorum ſuorum recognitione. in iii. uol. de immu. eccle. capitulo ut in domibus. nu. 2. 235

hoſpitium ſi ex quo reddi debeat, & in quaſi poſſeſſione ſit, & nunc veniens de nouo non admittatur, nunquid ſua auctoritate etiam uolēter domum intrare poſſit, & neceſſaria ſibi in domo recipere. ibid. nu. 3.

¶Hoſtes, uel tyranni, qui eccleſiam occupatam detinent, ſi reuocent ad eccleſiam etiam maiorem canonicorum partem, alia autē pars ire non audet, nunquid ſi de cōibus tractatibus agatur, debent intrinſeci ad locum tutum & congruum cum ipſis forenſibus conuenire. in v. vol. de no. ope. nunc. c. cum ex iniuncto. nu. 5. 99

¶Hoſtiæ miraculum in carnē conuerſę, in iii. uol. de cele. miſ. in rub. numero 2. 217

hoſtiam in carnē conuerſam, uel vinū in ſanguinē ſi ipſe ſacerdos videat, an illud ſumere debeat. ibi. nu. 3.

¶Hugo de aranea, vel Vgolinus cāpanus fuit, quo dignior non ſedit in cathedra Petri. in proœ. primi uol. nu. 5. 4

¶Humilitate in principe nihil ſplendidius eſſe poteſt. in ii. uol. de iudi. c. nouit. ver. capita. nu. 20. 10

¶Hyſtriones vel mimi nullo tempore etiam poſt pęnitentiam ſunt ꝓmouendi, niſi tantum per dūi Papę diſpenſationem. in iii. uol. de vi. & ho. c. cum decorem. nu. 2. 4

Hyſtriones uel mimi proprie dicuntur, qui publice coram populis ſui corporis geſticulationes faciunt. uer. & intelligitur. ibi. nu. 2.

I

IDeę quæ primordiales cauſę uocantur, ideſt forma & exemplar, creant, & creantur in mente diuina. in primo uolumine de ſum. tri. c. firmiter. col. ſecunda circa me. uer. & ſic. 6

Ieiuna. an & quo pctō mulieres teneāt. i 3. uo. d̄ obſer-

na.ieiu.in rub.uer.quid de mulieribus.nu.1 231.
Ieiunans ex cauſa bis in die comedere poteſt.ibi.nu.3.
ieiunans an electuarius delicatis uti poſsit.ibi.nu.8.
ieiunari debet in ſabato,ſi vigilia occurrat in dominica,& ieiunari debet in uigilia Mathei. in tertio volumi.de obſer.ieiu. c. ex parte, numero 1. 232
ieiunium eſt triplex in tertio uo.de obſer.ieiu. in rub. ver. dicit autem. nu.2. 231
ieiunium an ſoluat, ſi quis alias horam comedendi anticipet ſine cã, uel laute,& delicioſe comedat.ibi.nu.6.
ieiunus inductus an ouis & caſeo uti poſsit.uer.quid ſi quis.ibidem. numero 7.
¶Ignorantia ſi uerum taceatur , uel falſum exprimatur tale , q̃ princeps ſciens literas non dediſſet,iuriſdictio non tribuitur. in j.uol. de tempo.ord.c.conſultationi.ver.ſed dices.nu.5. 160
Ignorantia,error,& turbatio in quo differant.in v.vol.de cleri.excommuni.c.apoſtolicę.nu.3. 88
¶Illegitimi cur prohibeantur.in j.uolumine.de fil.presby.in rub.numero 3. 173
illegitimus non ordinatur,niſi religioſus fiat.in primo uolumine.de fil. presby.c.vt filii. 179
illegitimus filius ſacerdotis qui hoc tacito per reſcriptum apoſtolicũ paternam eccleſiam impetrat,ab illa remouetur.in primo uolu. de fil.presby.c.ad præſentiam.nu.1. 174
illegitime natus etiam de uxore ſine diſpenſatione ad ordines , vel beneficia promoueri,non poteſt.in j.uolumi.de fil. presby. c. literas. nu.1. 177
illegitimus maxime ſpurius ſi in eccleſia inſtituatur,in qua pater inſtitutus ſit,inſtitutio non ualet,& inſtituens a ſuis beneficiis ſuſpenditur.in j.uol.de fil.presby.c.ad abolendam.nu.1. 177
illegitimi non poſſunt pręfici de pręſentia in eccleſiis,in quibus patres pręſunt,ſed bene poſſunt patribus mortuis,legitimi autem ſic , non tamen in illo iure.uer.differentia.ibi.nu.3.
illegitimus abſque Papę diſpenſatione ad dignitatem , uel perſonatũ, vel beneficium curatum promoueri non poteſt.in j.uol.de fil. presb. c.nimis.nu.2. 178
¶Impenſæ per mandatarium bona fide factæ reſtituuntur,etiam ſi mãdans minus impenſurus fuiſſet.in ſecundo uol.de do.& contu. c. finem.uer.dicit.nu.11. 83
¶Imperium merum an pręſcriptibile ſit.in ſecundo uo. de fo. compe, c.cum contingat.nu.3. 24
¶Impetrans primus ſi a capitulo penſionem habuerit,& ſecundus impetrauerit cum hac clauſula,ſi pro alio &c.an per primi penſionem ſecundus excludatur.in primo uolu.de reſcrip.c.mandatum.numero 22. 49
impetrans primo ſi neglexerit ſuas literas impetrare , & ſic ſecundus impetrauit,quid agendum.ibi.nu.23.
impetrant ſi plures in eadem eccleſia,ſtatuus datę,ut primus impetrãs præferatur ,& ſolus recipiebatur.in j.uol.de reſcrip.c.capitulum. numero 1. 48
impetrant ſi duo ad diuerſos,ut eis in aliqua eccleſia prouideatur,quid iuris.in iii.vol.de iur.pat.c.cum dilectus.nu. 7. 200
¶Impuberes pręter carnis uitium delinquere poſſunt,mitius tanquam adulti puniuntur.in v.vol.de deli.pue.c.pueris. nu.1. 82
impuberis filii ea delicto patrono non tenetur , uel in puero inultum relinquetur,quod in delicto grauiter punitetur.in v.uol.de deli.pue. c.referente.nu.1. 73
impubes,qui clericum percuſsit,ab epiſcopo abſolui poteſt , qui autẽ ioco uel diſciplinę cauſa clericum percutit , excommunicatus non eſt,quia aliꝗ odio percutit,excõicatus eſt. verum per Papam abſoluitur.in v.vol.de ſen.exc.c.ſuper eo.nu.1. 130
¶Immunitatis ſub ſpe qui eccleſiis,uel cœmiteriis delinquunt immunitate non gaudent.in iii.uo.de immu. eccleſi. c. immunitatem. numero 1. 240
¶Immutare aliud eſt,& aliud emendare.in ii.uol.de libel.obla.c. ſignificantibus.nu.9. 32
¶Incẽdiarius eccleſię in morte pęnitẽs per presbyterum abſolutus debet in cœmiterio ſepeliri,& ad ſatisfaciendum hæredes compellentur.in v.vol.de rapto.c.in literis.nu.1. 76
¶Incertum quod omnino eſt,quomodo declarari poterit.in quinto volu.de purg.cano.c.accepimus.uer.qualiter ergo.nu.6. 166
¶Incontinens non pręſumitur, qui in iuuentute continuit.in ii.uol.de pręſump.c.cum in iuuentute.nu.1. 181
¶Indefinita dilatatur plus circa pęnam,quę odioſa eſt.in primo uo.de tem.ord.c.uel non.nu.10. 159
indefinita uniuerſali ęqpollet , ſed ſpeciale prius p generale poſterius non tollit.in ſecundo uol.de do.& contu.c.ex literis.nu.2. 92
¶Inducię deliberatione an de ſubſtantia ſint.in ſecundo uol.de lib.ob. c.ignarus.nu.15. 31
inducias petere ad exceptionem probandam hunc eſt partis excipientis.in ii.uol.de appella.c.interpoſita.nu.1. 190
inducię citatoriæ non requirunt cognitionem cauſæ ,cum abſente parte concedantur.in ii.vol.de dila.cap.pręterea.nu.3. 51
¶Impetrãs primo ſi literas oſtendere nolit,quid agendum.in j. uol. de reſcrip.c.abbatem.nu.19. 51
¶Indulgentia plurium epiſcoporum ad cõſecrationem conuenientiũ non excedit annum.in v.uol.de pœni.& remiſſ.c.cum ex eo. numero 15. 119
¶Infamatus fidedignis per iuramentum ſe expurgat.in v.uol. de purg. cano.c.nobilis.nu.1. 112
infamatus,contra quem crimen purgari non poteſt , ſe purgare debet, iurando de ueritate,compurgatores autem de credulitate iurabũt. in v. vol.de purga.cano.c.quoties.nu.1. 112
infamatum parochianum ſuum epiſcopus ad purgationem compellit,niſi ab eo appellauerit , ubi etiam quid de matrimonio.in v. vol.de purg.cano.c.nos inter.nu.1. 112
infamatus propter criminis magnitudinem etiam a beneficio ſuſpenditur.in v.uol.de purg.cano.c.inter.nu.1. 113
infamatus ſuper defectu naturalium ſi promoueri uelit , debet ſe prius eunde purgare.in v.uol.de purg.cano.c.accedens.nu.1. 114
infamato pręlato de criminibus iurare non ſufficit,cum ſe purgat , q̃d immunis ab illis exiſtat,imo iurare debet , quod poſt promotionẽ ſuam illa crimina non commiſit. in v.uolu. de purga.cano.c. accepimus.nu.3. 116
¶Infamia an ſit prius conquirendũ contra prelatum , qui ſuper multis criminibus accuſatur.in v.uol.de accu.c.qualiter.2.nu.4. 9
infamia ſuſpectus,qui tertio monitus ſe non corrigit, cum hoc poſſit, ab officio ſuſpenditur,donec ſe purget.in v.uolu.de purga.cano.c.ſi quis presbyter.nu.1. 112
infamię compurgatores honeſti eſſe debent, & notum habere ,quem purgant,nec a iudice impediri debent,& deficiens in purgatione vt conuictus punitur.in v.uol.de purga.cano.c.cum P.nu.1. 112
infamię purgator ſufficit,quod ſit ab eccleſia toleratus , bonę famę , nec de crimine condemnatus.in v.uol.de purga.cano.c.conſtitutus. nu.1. 113
infamię cauſa non ſemper purgatio indicenda eſt.in v.uol.de purg. cano.c.cum in iuuentute.nu.1. 114
infamia compurgator de credulitate iurat.in v.uolu.de purga. cano. c. de teſtibus.nu.1. 114
infamis poteſt eſſe arbiter.in j.uol.de reſcrip.capitulo ſciſcitatus. numero 5. 26
infamis inobediens cenſetur.in j.uolumine.de maio.& obed.c. illud dominus.nu.1. 263
¶Infinitas vitanda eſt.in ii.uol.de teſti.c.ultra tertiã.uer.no.infinitatem. nu.8. 157
¶Infirmatur ſi repente tã magna multitudo,quod euchariſtia non ſufficiat,quid agendum erit.in v.uol.de ſen.excom.c.permittimus. uer. quid enim.nu.2. 149
infirmus ſi non obediat medico,an inobedientiæ peccata committat. in v.uolu.de homicid.c.tua nos.nu.5. 63
¶Infirmus ſi ex certa ſciẽtia,ſeu affectata , uel improbabili ignorantia ſumit potum,uel aliud quicquid ſibi contrarium,an peccet.uer.quid ſi infirmus.ibi.nu.5.
infirmus miniſtri,& ſeruientes ſi propinetur,quidquid petant , an peccent.uer.quid de ſeruientibus.ibi.nu.6.
¶Ingenium illud cõfuſiones recipiet,quod uerſabitur circa , hęc quatuor,quid ſuit in alto, quid in immo , quid fuerit primo , quid erit ultimo.in j.uol.de ſum.tri.c.firmiter.nu.91. 9
¶Ingratitudo eſt uentus urens ſiccans miſericordiæ fontẽ , & rorem pietatis.in iii.uol de dona.c.propter.uer.ingratitudo. nu.1. 102
inimicus etiam a uoluntaria exceptione repellitur.in v.uolu.de accuſa. c.meminimus.nu.1. 8
¶Iniuriarum actione cõdemnatus infamis eſt,& per Papam famę reſtitui poteſt.in ii.uolu.de ſen.& re iudi.c.cum te.nu.1. 244
iniuria an remittatur,ſi uiua uoce,vel per literas aliquis iniuriantem ſibi ſalutet.in v.uol.de iniur.c.olim.uer.ſed quid.nu.4. 118
¶Innocentia præſumptiue probatur,cũ id ad plenum alius quam Deus ſcire non poſsit.in ii.uolu.de excep.c.denique.uer. qui dicit. numero 9. 203
¶Innouatio ſi parte abſente,nec contumace fiat,quid iuris, in ii . uolu. de confir.uti.uel inuti.c.cum dilecta.nu.9. 295
¶Inopos dicitur,qui in bonis non habet.in j.uol.de conſti.c.quæ in eccleſiarum.nu.4. 14
¶Ioannes Andreas auctor Nouellarũ legit Paduæ , c. fraternitatis . de teſt.in ij.uol.de teſti.c.fraternitatis.nu.2. 135
¶Iornale apud gallicos harpentum dicitur, apud autẽ italicos bubulca.in iii.uolumin.de eccle.ędifi.c.ad audientiam.uer.in glo. menſura.nu.9. 233
¶Inquiſitio ſi contra collegiũ impetrata ſit expreſſis criminibus ,ſi expreſſę fuerint perſonę illæ , ſic expreſſæ pendente inquiſitione promoueri non poterunt,non expreſſæ uero promoueri poſſent.in j.uolu.de ele.c.per inquiſitionem.nu.16. 56
Inde.in com. Io And.ſuper Dec.

ſcopus ibi creatus mandatum adimplere tenetur.in j.uol. de reſcrip. c.eam te.nu.1. 24

ſcriberet ſi Papa penitus extraneo,quod reciperet aliquem in fratrem alicuius eccleſiæ,in qua ius recipiendi non habet,tales literę non ualent,niſi expreſſe ſciretur,quod Papa ſicut extraneo ex certa ſcientia ſcriberet.ib 1.nu.5.

ſcribatur ſi ei,ad quem collatio ſpectat dato executore ad prouidendũ, affecta eſt prębenda per literarum præſentationem factam collatori, ita quod collatio alteri facta non tenet.in 3. vol.de concel. pręben. c.propoſuit.nu.1. 49

ſcripſi ſi aliquem res ſuas a me recepiſſe,& appareat,& tunc eum fuiſſe a ſcriptum,ſibi non nocet,ſed mihi,quia de facto teneor.in 2. uolu. de reſt.c.tam literis.nu.14.uer.in gl.u.t. 142

¶Scriptorum antiquorum notatorum plusquam mille petias uidit & habuit Io.An.in proœ.j uol.nu.6. 2

¶Scriptum ſi in ſententia ſit,condemnamus talem procuratorem ,omnino credendum eſt eum procuratorem pręſentem fuiſſe,niſi euidẽter contrarium probaretur,in j.uol.de offi.dele.c.cum in iure.nu.22. uer.q ſi in ſententia. 227

¶Scriptura,quam quis propria manu facit in proprio negocio facienti pręiudicat.in primo volumine de iure.Tri. capi. damnamus. numero 34. 10

ſcripturę ſi quis ſubſcribat facto alieno , an & cui præiudicare habeat, vbi etiam de procuratore admittendo cum literis ipſius domini,qui eum conſtituit.ibi.nu.34.uer.quid ſi ſubſcribat. 10

ſcriptura authentica quæ dicatur.in 2.vol.de fid.inſtr.c.ſi ſcripturam.numero 1. 162

ſcriptura priuata quæ dicatur.in 2.vol.de fi.inſtru.c.ſi ſcripturam.numero 3. 163

ſcripturæ priuatæ non creditur,niſi teſtibus, uel literarum comparatione iuuetur.in ſecundo volumi.de fid.inſtrumen.capit. ſcripta. numero 1. 164

¶Scrutinium duplex,unum quod habetur ante ordinationem, ſecundũ quod fit in ipſa ordinatione,in primo uol.de ſcruti.in ordi.fac. in rubri.nu.1. 161

ſcrutinio,uel compromiſſo ſi uota diuiſa inueniantur , nſquid una pars aliam requirere debeat,vt conſentiat pronunciationi ſuæ , uel alia, quę facere intendit.in primo vol.de electio.c.in geneſi. nume.8. uer. quid ſi in ſcrutinio. 130

ſcrutinii multiplex ſignificatum in j.volu.de ſcruti.in ordi.fac.c. ex parte.nu 9. 161

ſcrutinio facto ante ipſius publicationem an clericus variare poſsint.in j.uol. de ele.c.publicato.nu.15. 135

ſcrutinium poſt compl.tum,& poſt receſſum a loco ſcrutinii , de conſenſu totius capituli,vel maioris partis,nunquid ſcrutinium deſtrui poſsit.ibi.nu.16.

ſcrutinio is,qui nominatus eſt,ſi certificatus de nominatione expreſſe, uel tacite iuri ſuo renunciet,quid iuris.ver.quarto quæro. ibi. numero 36.

ſcrutinii nominatio ſi occulta eſſet,nunquid variatio teneret.ibi.nu. 26. uer.5.quæro.

ſcrutinium ſi publicatum non ſit,ſed ipſius mens , puta ſcrutinio finito ſcriptor dimiſsis ſcrutatoribus in angulo capituli dixit ,tot conſẽſerunt in Titium,& tot in Sempronium,uel omnes in Titium , an decretalis publicato,de elect.locum habeat.ibid.nume.26.ver. ſexto quæritur.

ſcrutinio ſi publicato aliquid appareat,quod electionem nullam reddat,quid iuris.ibi.nu.16.uer.ſeptimo quæro.

ſcrutinio ſi publicato appareat eum,in quem totum capitulum vel maior pars ipſius conſenſerit propter defectum eſſe ineligibilem , puta etatis,ordinis,natalium,uel alterius rei nunquid publicare teneantur. ibi.nu.26.ver.octauo quæro.

ſcrutinium denotat actum perfectum,& conſumatum,non autem cœptum tantum.ibi.nu.3 uer.ſcrutinio. 134

ſcrutinio ſi dubitetur,an ſit eligendus,uel poſtulandus ,nunquid variare liceat.ibi.nu.26.uer.nono quæro. 131

ſcrutinio ſi defectus ſit in forma,uel omiſſa collatio,uel communis electio ,nunquid uariare poſsint alium eligendo,an uero teneantur eundem eligere.ibi.nu 16.ver.decimo quęro.

ſcrutinio nunquid ex compromiſſariorum uotis ius quęratur,ſi electionem faciant,quę non teneat.ibi.nu 26.uer. undecimo quęro.

ſcrutinio publicato nunquid appareat id,propter quod electio annullanda eſt,puta aliquem fuiſſe contemptum,in primo vol de electione publicato.ibi nu,26.uer.duodecimo quæro.

ſcrutinio ſi publicato aliquis dicat ſe paratum impedimentum probare,quid iuris.ibi.nu.28.ver tertiodecimo quęro.

ſcrutinio publicato ſi caſu omnes canonici moriantur, puta corruente tecto,quid iuris.ibi.nu.26. uer.quartodecimo quęro.

ſcrutinio publicato ſi canonici ab homine,uel a iure excommunicentur,puta q in collatione clericum percuſſerunt,quid iuris.ibi.nu. 26 uer.quintodecimo quæro.

ſcrutinii poſt publicationem ſi electus ab homine,uel a iure excommunicetur,quid iuris.ibi.nu. 26.uer.decimoſexto quæro.

ſcrutinii poſt publicationem,ſi numerus ,& alia ęqualia appareant , quid iuris.ibi.nu 26 ver.decimoſeptimo quæro.

ſcrutinio publicato,ſi aliqui canonici dicant, ſe non conſenſiſſe in illũ, de quo ſcrutinio dicitur,in primo vol.de electio.cap.publicato. ibidem.nu.28.uer.Decimooctauo quæro.

ſcrutinii per formam,quod iam publicatum eſt,ſi capitulum ad canonici electionem proceſsit,nunquid variare licebit.ibi.nu.28.ver.Decimonono quæro.

ſcrutinio publicato nunquid ipſi patroni variare poſsint.ibid.num.26. uer.vigeſimo quæro.

ſcrutinio poſt publicationem nunquid de ciuibus eligentibus ſibi poteſtatem variare poſſunt.in j.vol.de elect.c.publicato.ibi.nu. 25.ver. uigeſimo primo quæro. 136

ſcrutinio uel alio modo ut ipſi lectores eligant, quis compulſionem facere poteſt.ibi.nu.28.

ſcrutinium poſt publicatum quid ſi electores eligere nolint,licet compulſi,uel negligent.ibi.nu. 29.

¶Scurilis a ſcurra,quod eſt vagus,dicitur.in j.uol.de offi.archipresb. c. miniſterium.nu.9. 194

¶Sede vacante ſecundum Hoſt.procurator ab epiſcopo conſtitutus & eo viuente lite conteſta.cautaro non proſequetur.in 3.vol.de ſede vacan.c.nonis.nu.5.uer.edoceri. 60

ſede vacante non ſolum non licet litem incipere,ſed nec cœptam proſequi.in 3.uol.de ſede uacan.c.conſtitutis.nu. 2. 62

ſede vacante debita cui ſoluenda ſint.ibi.nu. 3.

ſede uacante quo caſu capitulum ſit iudex competens.ibi. nu. 4.

¶Senes ſeptuagenarii an tutelis & curis excuſentur.in 2. vol. ut lit. non conteſt.c.quoniam.nu.6. 42

ſenes qui dicantur quantum ad teſtimonium ferendum,arbitrio iudicis relinquitur. ibi.nu.6.uer.poteſt tamen.

¶Seneſcalus belicardi fecit quendam hominem ſuſpendere, ſaluo iure ſuo.in ſecundo uol.de iureiuran.capitulo,eam.uer.dicit Hoſtien.numero 2. 192

¶Senſus ſunt quinque,ſcilicet uiſus,auditus,guſtus,odoratus, & tactus. in proœ primi uoluminis.nu.39. 4

¶Sententia ſi ſuper crimen feratur,perpetua intelligitur.in j.uol. de cõſti.c.ex literis.nu.15. 19

ſententia recipit interpretationem a iure,ſicut iuramentum, & priuilegium.ibi.nu.15.

ſententia rei iudicatę nomen ſumit , ſi ab ipſa non appelletur. in 2, uol.de ſen.& re iud.in rub.nu.1. 216

ſententia data an reuocanda ſit.in j uol.de conſti.c.quoniam.nu.11. vbi etiam multa de materia eorum quæ reuocari poſſint , vel non. 30

ſententia incompetentis iudicis ſicut non tenet, ita etiam non tenet ſententia contra ſententiam ,& ſi in dubium reuocetur ,an fuerit lata prima nec ne,ſecunda ualet.in j.uol.de reſcrip.c.ſuper literis.nu. 30. uer.ad quod inducunt. 32

ſententia per obreptionẽ obtenta reuocatur,ubi dolo malo elicita fuerit.in j.uol.de reſcri.c.cum dilecta.nu. 8. 35

ſententiam ſi quis reuocandam dicit,& aduerſarius neget,reuocabitur, dummodo aliquid rationabile probetur,quare reuocari debeat. ibi. nu.9.

ſententia ſi iam in una cauſa lata fuerit,& poſtea actor ad futura reſcriptum traxit, quid agendum.in j.uol.de reſcri. c.quia nonnulli. 2.numero 33. 54

ſententia iuſta præſumitur , poſtquam in rem iudicatam tranſiuit. in j. uol.de elect.c bonę memorię. nu.38. 91

ſententia ferri poteſt in perſonam procuratoris & domini , ubicunque uerba in utruiſque perſonam concipi poſſunt. in j. uol. de electio. c. querelam.nu.47.ver.Inn. 94

ſententia lata ex cauſa inquiſitionis,denunciationis , uel exceptionis in rem iudicatam tranſit,& aliis pręiudicat.in j.uol.de elect.c.cum dilecti.nu.18. 105

ſententia in notorio fertur parte non citata.in j.uol.de tranſla.epiſ.cap. quanto.nu.6. 139

ſententia an ex iudicis motu iuſta ſit,& an etiam pro ipſa pręſumatur. in j uol.de renun.c.in præſentia.nu.3. 146

ſententia ſi duę cauſę exprimantur,quarum una eſt contra ius , alia nõ, quid iuris.ibi.nu.6.uer.quid ſi in ſententia.

ſententia qualiter conſueuit ferri, ac iudicari,& pronunciari debeat cõtra reum,qui cadit a poſſeſsione rei,ſuper qua eſt conuentus.in.2.uolu.de ſen.& re iud.c.ſententia.nu.2. 226

ſententia ſi per inferiorem a Papa feratur,an liceat executori de quæſtione falſi cognoſcere.in 2.uol.de ſen.& re iudi.c.decętero. num.6. ver.dicebat hic Inn. 228

ſententiam latam quando partibus pręſentibus conſtat, quę tranſiuit in rem iudicatam,quia appellatum non fuit infra x. dies , uel appellatũ fuit,ſed terminus iuris , uel hominis appellationis proſequendę lapſus eſt,uel appellans in appellatione ſuccumbit, tam ex ordinatione quam etiam ex cauſa iuſta præſumitur.in j.uol.de renun.c.in præſentia.nu.13. 146

Sententia

Sententia ferenda eſt ſecundum probata & propoſita, & non ſecundũ conſcientiam.in j.uolumine de officio ordinarii.capitulo conqueſtente.nu.12. 257

ſententia reuocatur,qua condemnatus fuerat in expenſis ex iuſta cauſa abſens legitime excuſatus,qui in ardua cauſa procuratorem conſtituere noluit.in primo uolu.de procurato.capitulo querelam. numero 1. 281

ſententia lata cum procuratore reuocato,& de hoc certificato non tenet.in primo uolumine de procurato.capitulo ex inſinuatione.numero 1. 282

ſententia ſi pro actore feratur & reuocetur,prima ſententia reuocabitur,& per conſequens proteſſus,ſiue poſſeſſio data fuerit, ſiue alius. in j.vol.de procu.c.in noſtra.nu.19. 283

ſententia an ſit publicanda & ſeruanda,ſi epiſcopus,qui eſt in ſubiecto ois poſſeſſione monaſterii,ipſius monachos excommunicat.in j. uo. de in integ.reſt.c.cum uenientes.nu.3. 297

ſententię principis contrauenire non licet,niſi per ſupplicationem.in j. vol.de in integ.reſt.c.cum ex literis.nu.12. 299

ſententia executioni eſt mandanda non obſtante exceptione feriati temporis propter uindemias.in 2.uolu.de iud.cap.ſignificauerunt. numero 1. 25

ſententia ſuper una re lata,ſi ſtatim condemnatus appellet, & per hoc iudicem ut ſuſpectum recuſet,quod facere poteſt, an una ſententia terminabuntur,in ii.uolu.de ordine cogni.capitu.cum dilectus.nume.25.uer.ſed quid. 59

ſententia nunquid teneat,ſi epiſcopus,qui uidetur poſſeſſionem perdidiſſe,eoſdem parochianos poſtmodum excommunicat.in ii. uol. de reſtit.ſpo.c.olim.3.nu.3. 88

ſententia generalis & incerta non ſolum de præterito, ſed etiam de futuro dari non poteſt.in 2.vol.de ſeque.poſ.capitulo ad hoc unxit.numero 9. 106

ſententia ubicunque nutrit peccatum mortale,non tranſit in rem iudicatam,ſicut conſuetudo & præſcriptio.in ii.vol.de ſen.& re iud.c.lator præſentium.nu.5.uer.In gl.vlt. 209

ſententia lata contra abſentem ſecundum Goff. non contumaciter tenet,niſi appellationis,uel reſtitutionis remedio releuetur.in 2. uolu. de ſen.& re iudi.c.tenor.nu.8. 229

ſententia lata in iudicio poſſeſſorio appellatur.in 2.uol.de teſt.c.ſignificauerunt.nu.4. 144

ſententia ex falſa cauſa ſicut non tenet, ita priuilegium ex falſa cauſa uel falſo inſtrumento conceſſum.in 2.uol.de ſi.uilr.c.inter dilectos. nu.22.uer.item ſicut. 168

ſententiam latam per B.ſi A.reuocari petat ſuper fundo, uel propter ipſius nullitatem,uel propter iniuſtitiam,cum ab illa appellauerit, & dicit B.exhibe ſententiã,A.autem reſpondet,non habeo illam, quia iudex noluit illam mihi dare,uel dedit,ſed perdidi, ſed tu qui illam habes,illam exhibeas,an hoc caſu reus illam exhibere teneatur.in 2. vol.de ſi.inſtr.c.2.G.perpetuus.nu.5. 173

ſententia diffinitiua ex violentia præſumptione fertur.in 2.uolu. de præſump.c.afferte,nu.1. 177

ſententia pro poſſeſſore lata interdicto uti poſſidetis non parit exceptionem rei iudicatę,etiam ſi idem,contra quem iudicatum eſt,agat interdicto unde vi pro eiſdem rebus.in 2.uol.de præſcrip.c.ueniens, nu.8.ver.illud autem. 225

ſententiam poteſt ferre ſtans,procedens ſimpliciter & de plano,& non emiſſo peremptorio.in 2.uol.de ſen.& re iu.in rub.nu.4.ver.procedens. 226

ſententię,quę nunquam in rem iudicatam tranſeunt.in ii.vol.de ſen.& re iudi.in rub.nu.5. 226

ſententia iudicialis eſt controuerſię diffinitio,in ii.uol.de ſen. & re iud. c.1.nu.1. 226

ſententiam ſi iudex ordinarius ferat,quæ ſit nulla ipſo iure, ſecundum Vin.illa reuocata aliam ferre poteſt.in ii.uolu.de ſen.& re iudi. cap. ſententia.nu.6. 227

ſententiæ merus executor,coram quo de fraude excipitur, non cognoſcit,ſed remittit.in 2.uolu.de ſen.& re iudi.capitulo .decetero.numero 1. 228

ſententia quibus modis nulla eſſe dicatur.in ii.uolu.de ſen. & re iudi. c.ſententia.nu.7. 227

ſententiam latam per falſi ſuggeſtionem ſi non opponatur,ſed quod lata ſi per falſa inſtrumenta,uel per falſos teſtes,de tali exceptione executor ſe intromittere non habet,ſi illi,cui delegauit, cognitio reſeruanda eſt.in ii.uol.de ſen.& re iudi.c.decetero. nu.6. verſi. illud autem. 228

ſententia non ualet,cum executor ſibi uendicans partes iudicis contra primam ſententiam aliquid pronunciat.ibi.nu.5

ſententia lata contra matrimonium non tranſit in rem iudicatam,unde quandocunque reuocatur,cum de errore conſtat.in ii.vol.de ſen. & re iud.c.lator prȩſentium.nu.1. 129

ſententia nulla,uel conſuetudo,vel uinculum poteſt peccatorem in peccato defendere,uel nutrire.in ii.uolu.de ſen.& re iud. c. conſanguinei.nu.5.ver.Ratio. 230

ſententia remittitur iniquæ cõſuetudinis ſeruetur,ſi ꝙ eccleſiam lata fuerit.in 2.uol.de ſen.& re iu.c2.cum cauſa.nu.1. 229

ſententiam contra matrimonii de iure eſt,ꝙ utroque coniugium audiatur.in 2.uol.de ſen.& re iu.c.tenor.ver.ſummarie. nu.1. 229

ſententia lata contra abſentem non contumacem in cauſa matrimoniali non ualet.in 2.uol.de ſen.& re iudi.c.tenor.nu.1. 229

ſententia condẽnationis an præſens aliquis præſumatur fuiſſe ubi aliud non exprimatur.ibi.nu.1.

ſententia lata contra ius litigatoris ualet, ſi ab ea infra x.dies appellatũ non fuerit.in ii.uol.de ſen.& re iudi.c.cum inter.nu.1. 231

ſententia lata ſolum ſuper parte petitorum, uel ſuper certis capitulis,cum de pluribus ſimul actum ſit,an ualeat.in 2. uol. de ſen. & re iudi.c.cum inter.nu.13. 231

ſententia ſi duę cauſæ exprimantur,& altera ſola eſt contra ius conſtitutionis expreſſe,ſententia tenet.ibi.nu.12.

ſententia ſi ualet in condemnando in parte,uel in incertis,an uideatur in reliqua parte abſoluiſſe,uel econtra.uer.ſecundum.ibidem numero 13.

ſententiæ ad confirmationem nihil iniquum continentis ſufficit, quod contra ipſam aliquid non probetur.in ſecundo uolu.de ſen. & re iudi.c.cauſam.nu.1. 231

ſententia per x.dierum lapſum tranſire in rem iudicatam, ſi prius appellatum non fuerit,& quadrimeſtre tempus, quod condemnatis datur in perſonali ad ſoluendum, ex cauſa per ipſum iudicem arctari poteſt,in ii.uolu.de ſen.& re iudi.c.quod ad conſultationem. numero 1. 233

ſententia ubicunque dicatur nulla,& proponatur iuſta cauſa,quare ſummarium executor negocium examinare debeat,& ſi reperiatur,ꝙ maliciose proponatur,nihilominus exequatur.ibi.num. 21. uerſic. dans etiam.

ſententia ſine cauſę expreſſione lata tenet.in 2.uol.de ſen.& re iudi. c. ſicut nobis.nu.1. 234

ſententiis quando cauſa exprimi debeat,& quando non.ibidem. numero 9.

ſententiam iudex appellationis ſolum confirmat,uel infirmat.in 2. uol. de ſenten.& re iu.capit.cauſam,quæ.uerſi.u.not.quod iudex. numero 5. 232

ſententia quæ ad reum appellantem confirmatur, ſi nil doceatur contra eum,differtur tamen ipſius executio,ſi tertius de ſuo doceat interesse.in 2.uol.de ſen.& re iudi.c.cum ſuper.nu.1. 235

ſententiis a duabus contra ſe latis ſi abbas quiſpiam appellauerit,& occurrat tertia contra eundem abbatem lata ,nunquid licebit epiſcopo,qui uſque nunc tacuit,ab hac tertia ſententia appellare. in 2. vol. de ſen.& re iudi.c.cum ſuper.nu.3. uer. ſed quid ſi abbas. 235

ſententia in cauſa appellationis quomodo pro cohęrede feratur. in 2. uolu.de ſen.& re iudi.c.cum ſuper.ibidem nu.3. uer. quæro quomodo.

ſententia contra abſentem lata,probata iuſta abſentię cauſa reuocatur, maxime ubi iudicem circumuentum apparet.in 2.uolu.de ſenten.& re iudi.c.cum Bertholdus.nu. 1. 237

ſententias,quas Papa profert,iuris ordinem ſeruat.in 2.vol de ſen.& re iud.c.in cauſis.nu.1. 239

ſententia ſecunda diffinitiua lata contra primam tenet,ſi de prima exceptum non fuerit,nec etiam a ſecunda appellatum.in 2.vo.de ſen. & re iudi.c.inter monaſterium.nu.1. 204

ſententia tenet lata contra priuilegium oſtenſum,uel non oſtenſum ,ſi ea non fuerit appellatum,uel ſupplicatum,in 2.uol.de ſen. & re iudi.c.ſuborta.nu.1. 242

ſententia,a qua appellatum fuit,retractatur,ſi conſtiterit teſtes,ad quorum dicta tantum lata fuerit,conſpiratores fuiſſe, & contradicentes parte receptos.in ſecundo volumine de ſen.& re iudi.c.cum. I. & A. nu.1. 242

ſententia quare tractatur propter cauſam pendentem , a qua appellatum non fuit.ibi.nu.18.uer.ſed dices. 243

ſententia reuocata propter iuriſdictionis defectum , ut quia vnus ex iudicibus publice excommunicatus erat,uel propter iuris ordinem nõ ſeruatum,iterum de principali quæritur.in 2.vol.de ſen. & re iudi. c.ad probandum.nu.1. 244

ſententia,per quam purgatio indicitur,an ſit interlocutoria,uel diffinitiua.in 2.uolu.de ſenten.& re iudi.c.quod ad conſultationem.numero 16. 233

ſententia ſecundum Hoſt.ſi contra excommunicatum lata ſit , quæ ſit nulla,a qua non appellauit,& ſuper ipſius nullitate impetrat, ne mãdetur executioni tacita excommunicatione , reſcriptum valet. ibid. nu.19.

ſententia infirmationis primę ſententię ſi poſt finem primi anni , uel ſecundi feratur,& poſtea appellatus ipſam primam ſententiam executioni mandari petat,tanquam quæ lapſu primi , vel ſecundi anni in rem iudicatam tranſierit,quid iuris.in ſecundo.uolu. de appel. c. ex ratione.nu.16. 258

ſententia interdicti non ſuſpenditur per appellationem ſequentem. in ſecundo volumine . de appel.capitulo ad hæc. nu.1. 250

ſententiam ſuam epiſcopus ſuſpendere poteſt, ſicut ex toto tollere. ibidem. nu. 6. 261

ſententię excommunicationis effectus relaxari non poteſt, niſi omnino tollatur, cum non ſit communicandum excommunicato, donec ſecundum formam eccleſię abſolutus fuerit. ibidem. numero 6. verſi. ſecus.

ſententia executionis, ſuſpenſionis, uel interdicti ſub conditione lata ſuſpenditur, ſi ante conditionem ab ea appellatum fuerit. in ii. uolu. de appella. c. pręterea. nu. 1. 261

ſententia ſi negetur appellatum, uel per appellationem deuolutum, uel cauſam appellationis legitimã, an archiepiſcopus inhibere poſſit. in ii. uol. de appellatio. c. cum in eccleſia. nu. 2. 261

ſententię, ſi eſſent plures, quibus diuiſim condemnati eſſent plures habẽtes etiam communem cauſam, & eandem defenſionem, tamen unius appellatio & victoria ſocio per aliam ſententiam condemnato non prodeſſet. in ſecundo uolumine de appellatio. capitulo una ſententia. nu. 1. 292

ſententia pro poſſeſſore lata, a qua appellatum non eſt, nonne poteſt peti confirmari, cum iam x. dies lapſi ſunt. in 2. volum. de confirma. vti. vel inuti. cap. ſi quis. nu. 6. 293

ſententia contra formam iuris & compromiſſi per arbitrium lata irrita eſt, etiam ſi in forma communi per ipſum confirmata fuerit. in ſecundo uolumine de confirmatione vti. capitulo examinata. numero 1. 296

ſententia ſi feratur contra poſſeſſorem, qui impugnat hunc, qui ſecundam præbendam recepit, & ipſe a tali ſententia appellauerit, quid iuris. in 3. uol. de præben. c. de multa. uer. quid ſi feratur. nu. 21. 35

ſententia excommunicationis lata per canonem ſynodalem archiepiſcopus & ordinarius abſoluere poſſunt. in 3. uol. de præb. c. graue. numero 9. 37

ſententia ſi ab aliquo lata ſit, & Papa mandet, quod executioni mandetur ſi iuſte ſit lata, cum ſit mixtus executor, exceptionem legitimam tenetur admittere. in 2. uol. de ſenten. & re iudi. c. quod ad conſultationem. nu. 21. uer. q ſi ſententia. 234

ſententia contra poſſeſſorem rei lata, me ſciente, mihi pręiudicat, ſi aliquis petat ius aliquod in re aliqua, quod & ego poſſideo. in 2. uolu. de ſen. & re iudi. c. cum ſuper. nu. 13. 235

ſententia in tali nunquid executio neceſſaria fuerit, ſi quis ab eccleſia annum cenſum petat, & ei per ſententiam ſilentium imponatur. in tertio vol. de conceſſio. præb. c. cum noſtris. nu. 10. 53

ſententia non ualet, ſi iudex ferat aliquam ſententiam etiam iuſtam, & per ius aliquod roboratam, & ipſe exprimat, quod hoc facit auctoritate alterius iuris ad rem non facientis. in 3. vol. de conceſſio. prębi. c. ex parte. nu. 4. uer. pro quod not. Hoſt. 57

ſententia pro parte tantum ualere non poteſt, ſi appellatum nõ eſt, vbi uero appellatum ſit, poteſt pro parte confirmari, infirmari, uel moderari circa idem capitulum connexum, uel ſeparatum. in iii. uol. de conuer. coniu. c. placet. nu. 6. 163

ſententia excommunicationis ſine cauſæ cognitione, & ſine monitione ferri non debet. in iii. uol. de cenſi. c. uenerabili. nume. 5. uerſicu. ubi dicitur. 213

ſententiæ tenor cuiuſdam aſtuti iudicis in aliquem, qui accuſatus fuit, quod uiolenter aliquam cognouiſſet. in 4 uol. de deſpon. impube. c. continebatur. nu. 6. ver. Hoſt. 17

ſententiæ excommunicationum, uel ſuſpenſionem latę per abbatem denunciatum, uel alios pro ipſo, poſt denunciationem ipſi in monachos denunciantes, uel eis adhærentes relaxantur, ſpoliati reſtituuntur, relaxantur etiam iuramenta de ueritate tacenda, dicta teſtium denunciatio traduntur, & monachis proſequentibus expenſę de monaſterii bonis miniſtrantur, & lite pendente, ſine ipſius tamen impedimento, abbati obediunt. in quinto uolumine de accuſa. c. olim. numero 1. 19

ſententia, qua hæreticorum poſteri damnantur, an ad filiarum filios extendatur. in v. volu. de hęreti. c. vergentis. nu. 1. 49

ſententia lata per falſas literas executioni mandari non debet. in v. uol. de cri. fal. c. ſuper eo. nu. 1. 78

ſententia excommunicationis an ligetur ſecundo percutiens, & uim repellens. in v. uol. de ſen. exc. c. ſuper eo. ver. ſed nonne. nu. 4. 130

ſententia excommunicationis non ligatur, qui habet clericum ſeruientem, ſi moderate illum caſtigauerit. in quinto volu. de ſen. excõ. c. ex tenore. nu. 2. uer. miniſterium. 132

ſententia excommunicationis ligato non licet communicari nec in domo, nec extra, nec ſpiritualiter, nec temporaliter in oratione, potu, cibo, oſculo, ſalutatione, uel alio modo, emendo, uendendo, contrahendo publice, uel priuatim, ut patet his carminibus. Os orare, vale, communio, menſa negatur, ſi pro delictis anathema quis efficiatur. in v. uol. de ſen. exc. c. cum deſideres. nu 3. 133

ſententia diffinitiua profertur per uerbum ſtatuo, & præcipio. in v. volu. de uerb. ſig. c. in his. nu. 1. 144

ſententia formatur ſecundum petitionem, quando fieri poteſt, alias iudex a petitione poteſt diuertere. in v. volu. de uerbo. ſign. c. ex parte, 1. nu. 3. uer. formatur. 314

¶Sepeliri debet excommunicatus, qui per ſuum presbyterum in morte abſolutus fuit, & ad ſatisfaciendum hęredes coguntur. in 3. uol. de ſepul. c. parochiano. nu. 1. 131

ſepelitur in ſepulchro maiorum inteſtatus decedens, alias ſepelitur, vbi elegerit, tamen parochialis eccleſia habebit tertiam eius, quod relinquit eccleſiæ, ubi ſepelitur. in 3. vol. de ſepul. capitulo nos inſtituta. numero 1. 123

ſepeliunt qui parochianum alienum, quem ſepelire non debent, corpus reſtituere coguntur, & quæ ipſius ratione obuenerunt. in 3. volu. de ſepul. c. ex parte. nu. 1. 126

¶Sepultis excommunicatis exhumantur, ueſtimenta, in quibus celebrauerit, iterũ benedicuntur, & conſecrantur. in 3. vol. de ſacra. iteran. c. a nobis. nu. 1. 172

ſepulturam nunquid in libello exprimenda ſint, quando portio canonica petatur. in tertio uol. de ſepultu. c. certificari. nume. 6. uer. nono quæritur. 118

¶Sepultura dicitur locus ſignatus, quo in eccleſiaſtico cęmiterio catholici corpus conquieſcit. in 3. vol. de ſepul. in rubri. nume. 1. verſic. in materia. 123

ſepultura an ſit neceſſe locum plus religioſum eligere. in 3. volu. de ſepul. c. fraternitatem. nu. 3. uer. gl. ex hoc reſpondet. 125

ſepultura quibus concedatur, & quibus negetur. in 3. uolu. de ſepul. in rub. nu. 2. 3. 123

ſepultura & exequię ſine luctu fieri debent. in 3. volumi. de ſepul. in rubri. nu. 4. 123

ſepulturam ſicut extra caſus prohibitionis concedere humanum eſt, & pium, ſic illam negare eſt crudele, inhumanum, & impium. in 3. uo. de ſepul. in rub. nu. 3. 123

ſepulturam mulier maritata libere eligere poteſt, pater filios impuberes, ubi uelit, ſepelire poteſt, ſi hoc conſuetudo habeat. in 3. uolu. de ſepul. c. de vxore. nu. 1. 126

ſepulturæ electio ſtatum ſaluti uinculi reſpicit, cum non ſepeliatur viuens, ſed mortuus, & ideo ſecundum Hoſt. monachus ubicunque voluerit, poteſt eligere ſepulturam, cum electio referatur ad tempus, quo ſolutus eſt obedientię iugo. ibi. nu. 2. uer. potius.

ſepulturę priuilegium quis dare poſſit. in 3. uol. de ſepul. c. certificari. numero 4. uer. nunc expediamus. 117

ſepulturę priuilegium ſi libere per Papam concedatur, non adiecta clauſula de iuſtitia, uel canonica a parochialis eccleſię, an parochialis canonicam habeat. uer. ſecundo quæro. ibi. nu. 4.

ſepultura eccleſiaſtica non priuabitur, qui de ponte cadẽs caſu ſubmergitur. in 3. uol. de ſepul. c. ex parte. nu. 1. 130

¶Sero ſecundum humanum ſermonem non ueſperam, ſed tarde ſignificat. in 2. vol. de dol. & contu. c. cum dilecti. numero 4. uerſ. conſuetudo. 94

¶Serui corrupti tenetur ſolicitans ſeruum ad fugam, furtum, uel aliud ſimile, etiam ſi alias facturus fuiſſet. in primo volum. de ſum. Tri. c. firmiter. nu. 75. uer. in gl & ideo. 8

ſeruus an ſit in poſſeſſione libertatis, uel non, & an fugitiuus, uel non, & an bonę fidei, uel malę, quomodo quæri, examinari, & terminari debeat. in 3. uolu. de ſer. non ordi. c. de ſeruorum. nume. 11. uer. hęc autem quęſtio. 179

ſerui, uel aſcriptii, maxime liberi homines, ſi de domini tirannide conquerantur, & probabiliter dubitetur, ne dominus hac occaſione in illos ſæuiat, facit bonus iudex illos ſufficienter aſſecurari, ſi poteſt, alias pendente lite illos facit ſequeſtrari. in 2. uol. de ſequeſtra. poſſe. c. dilectus. nu. 8. 147

ſeruus manumiſſus ea conditione, quod monachus fiat, & monaſterio deſeruiat, alias in ſeruitutem redigatur, ſi hoc acceptato monachus factus ſit, manumittentis uoluntatem ſeruare cogetur. in 4. uol. de condi. appoſi. c. cum ſit. nu. 1. 14

ſeruus captus e iudęo ſi matrimonii cauſa factus eſt, vel fieri chriſtianus deſiderat, pro xii. ſolidis remittatur. in v. uolumine de iudę. c. pręſenti. nu. 1. 40

¶Seruitutes ruſticorum prędiorum quę ſint, & quę vrbanorum. in 3. uolu. de con. c. eccleſia. nu. 15. 18

ſeruitium ſi ſeruus adiudicatus pro noxa ei, cui deditus eſt, damnum emendat, prætoris auxilio domino inuito manumittitur. in v. uol. de iudę. c præſenti. nu. 4. 40

ſeruitus ruſtica, quæ interuallum non habet, uel habet modicum, puta aliquarum horarum, uel dierum, quanto tempore perdatur. in 2. vo. de præſcrip. c. de quarta. nu. 3. 216

ſeruitus vrbana, uel ruſtica quomodo amittatur. ibi. nu. 4.

¶Sigillum nunquid poſſit corrigi, uel alia re, quę ſcripta non ſit, & ad ſignandum apta. in 2. uol. de fide inſtrumen. c. ſcripta. nu. 4. 164

¶Sigillo ſecundum curiam non creditur, niſi authenticum ſit. in ii. vol. de prob. c. poſt ceſſionem. nu. 11. uer. Guil. in Spe. 113

Sigillis prælatorum quomodo credatur. in ii. vol. de fid. inſtr. c. ſcripta. nu. 2. ver. Inr. dicit. & per totum capitulum. 164

ſigillum ſi cedulę appoſitum fuerit, eo cuius eſt ignorante, quid iuris, & quid ſi de eius ſcientia appoſitum fuerit, ſed antequã aliquid ſcribatur in cedula, moriatur. ibi. nu. 5. uer. quid enim ſi cedula. 165

Sigillum ſi cedulæ appoſitum fuerit, vel non, & procurator moriatur, vel ſpolietur, & cedula perueniat ad manus al cuius Dei ſpiritú non habentis, quid iuris, vbi etiam quid ſi inimicitiæ oriantur. ibid. nu. 5. ver. ſed & quid. & ver. Item. 164

ſigillum ſi ignotum fuerit, quid iuris. in 2. uolu. de app. c. intimaſti. nu. 8. ver. quid ſi ſigillum. 238

ſigillo & literis delegatorum, maxime ſuper releuatione proceſſus an credatur. in 2. vol. de proba. c. poſt ceſsionem nu. 12. 113

¶Signum optabat Hoſtienſis, quod deleretur in multis, remanente ſignato, quoniam ſepe maiora ſigna portantes minus ſignati exiſtunt. in tertio volu. de vita & honeſta. capitu. clerici. num. 14. ver. optat tamen Hoſt. 6

¶Simbolum quid, & vnde dicatur. in primo uol. de ſum. Tri. in rub. numero 33. 7

ſignum eſt depoſitionis temporalium tonſura ſuperior, corona vero ſignum regni, quam a Deo clerici ipſi expectant. in 3. vol. de vi. & ho. c. clerici. nu. 14. 6

¶Simile aliquod ſi induco, & tu negas illud ſimile, tibi probatio incumbit, quoniam negas ius, & negando diſſimile aſſeris. in 1. vol. de conſti. c. tranſlato. nu. 14. 12

¶Similitudo ſequenda eſt. in proce. primi vol. nu. 25 8

¶Simoniam an preces inducant. in primo vol. de æta. & quali. c. tuam. nume. 11. 167

ſimoniæ in crimine non teſtificatur ſocius criminis & muneris. in 2. vo. de teſti. c. ueniens nu. 1. 131

ſimonia inter omnia alia crimina primum locum obtinet. in v. volu. de ſimo. in rub. nu. 1. 21

ſimonia conuictus deponendus eſt, & idem in infamato, qui ſe purgare non poteſt. in v. vol. de ſimo. c. de hoc. nu. 1. 23

ſimonia quid ſit, vnde dicatur, quibus modis contrahatur, quæ ſit eius pœna, & quæ diſpenſatio. in v. vol. de ſimo. in rub. nu. 3. 21

ſimonia mentalis eſt ſtudioſa voluntas, ſiue cupiditas cum opere ſubiecto emendi, vel uendendi ſpiritualia. in v. vol. de ſimo. c. nemo. n. 4. ver. ſimonia. 24

ſimoniam an committant notarii papæ, qui exigunt. in v. vol. de ſimo. c. in ordinando. nu. 2. 22

ſimonia ſpiritualium, vel ſpiritualibus annexorum, præcedente pacto promiſsionis, conditionis, modi, ſeruitii, premium, vel cuiuſlibet temporalitatis recepti, ſeu donatio. in v. vol. de ſimo. c. nemo. nu. 4. ver. ſimonia ſpiritualium. 24

ſimonia non habet locum in curia Romana, ſicut nec lex iulia de ambitu. in v. vol. de ſimo. ca. in ordinando. nu. 2. ver. uel dic. 21

ſimonia eſt eccleſiam emere, vel redimere. in v. vol. de ſimo. c. querelā. nu. 1. 24

ſimoniam non præſumitur committere cardinalis pro parafrenali a nobiliori viro recepto. in quinto volumine. de ſimo. c. &ſi. num. 1. ver. & ſi. 25

ſimonia an erit, ſi prælatus non det alicui licentiam eundi ad ſcolas, niſi prius precio recepto. in quinto volumi. de magi. c. a. prohibeas. numero 3. 38

¶Simoniacum ſequi confeſſus eſt, officio, & beneficio deponitur. in 2. vol. de confeſ. c. cum ſuper. nu. 1. 108

ſimoniacum accuſare poſſunt ſeruus, criminoſus, & meretrix. in v. vol. de ſimo. c. tanta. nu. 1. 22

ſimoniacum eſt exigere precium pro ingreſſu religionis, prioratibus, vel capellis concedendis, vel prælatis inſtituendis, ſepultura, criſmate, vel oleo, benedictionibus nubentium, vel aliis ſacramentis, nec ipſa conſuetudo excuſat. in v. vol. de ſimo. c. non ſatis. num. 3. car. 22. & in c. ea quæ. nu. 1. 25

ſimoniacum an ſit, ſi epiſcopus aliquem recipit in clericum cameræ ad ſpirituale & temporale ſeruitium ſibi exhibendum, promittens ſui xx. marchas de camera pro expenſis, donec ſibi prouiderit in beneficio competenti. in v. vol. de ſimo. c. cum eſſent. nu. 4. 23

ſimoniacum eſt precio, vel fauore peccatorem celare, vel reconciliare, vel dignè pœnitentem a pœnitentia remouere. in v. volumine de ſimo. c. nemo. nu. 1. 24

ſimoniacum eſt pro temporali obſequio eccleſiaſticum beneficiú promittere. in v. vol. de ſimo. c. cum eſſent. nu. 1. 23

ſimoniacus omnis non eſt hæreticus, ſed qui credit, quod ſpiritusſancti gratia venalis ſit. in quinto volumine. de ſimo. c. quoties. nu. 1. ver. hæreſim. 22

ſimoniacus beneficii notorius ab illo deponitur, idem in infamato, qui ſe purgare non poteſt. in quinto volum. de ſimo. cap. inſinuarum. numero 1. 24

ſimoniacus in ordine licet ſicut quilibet alius de facto conficiat, tamē etiam poſt pœnitentiam ſicut homicida de iure celebrare non pōt. in v. vol. de ſimo. c. tanta. nu. 2. 22

ſimoniacum eſt facere homagium pro ſpiritualib. habendis. in v. vol. de ſimo. c. ea diligenti. nu. 1. 25

ſimoniacum eſt, ſi ordinandus præſentatori ſuo aliquid ex pacto dederit, non tamen deponitur, ſi hoc occultum fuerit. in v. vol. de ſimo. c. ex tua. nu. 1. 26

ſimoniacè cum ordinato, qui ſimoniacus non eſt, diſpenſari poteſt. in v. vol. de ſimo. c. de ſimoniacè. nu. 1. 26

ſimoniacus eſt, renunciare tenetur electus, poſtea confirmatus, ſi contradicens electo propter pecuniam ſibi de electi voluntate traditā, a contradictione deſiſtat. in quinto volumine. de ſimo. c. Matheus. numero 1. 26

ſimoniacus eſt clericus, ſi eo pacto bona ſua eccleſiæ conferat, vt in canonicum recipiatur, & illa bona pro præbenda teneat, ſecus ſi hoc ſine pacto fieret. in v. vol. de ſimo. c. tua nos. nu. 1. 24

ſimoniacum eſt aliquid exigere pro conſecrationib. epiſcoporum, benedictionib. abbatum, vel ordinum clericorum, nec ipſa conſuetudo excuſat. in v. vol. de ſimo. c. ſicut. nu. 1. 24

ſimoniacus mentalis quare etiam in foro pœnitentiali reddere non cogitur. in quinto volumine. de ſimo. c. mandato. nume. 6. ver. & ſi dicatur. 16

¶Simplicitas quæ reprobatur, & quæ non. in pri. vol. de ſum. Tri. c. firmiter. nu. 94. ver. alia eſt quę prouenit. 8

ſimplicitate, quæ eſt dolo contraria, & quæ ex ignorātia prouenit. Deus non dicitur eſſe ſimplex, ſed quia in eo nec partium diuerſitas conſiſtit, nec pluralitas proprietatum. in 1. vol. de ſum. Tri. c. firmiter. nu. 1. uer. cum ces abb. 7

¶Sindici & procuratores non cauent de rato, niſi cum de mandato domini dubitatur. in ſecundo vol. de iuram. cal. c. cum cauſam. numero 3. 49

¶Singularia duo quomodo pluraliter copulentur. in 1. vol. de reſcrip. c. capitulum. nu. 8. 42

¶Sinodus recuſari poteſt, quando maiores, qui præſunt, vel metropolitanus ſunt ſuſpecti. in ſecundo volumine. de iudi. c. Dequouultdeo. nu. 15. 3

ſinodo epiſcopus intereſſe nō tenetur, niſi uocatus fuerit, etiam ſi alios epiſcopos ire videat. in 2. vol. de iur. iur. c. ego. num. 6 184

¶Societas etiam perpetuo contrahi poteſt. in 2. vol. de iudi. c. ſignificauerunt. nu. 8. ver. ſocietas. 16

ſocietatem ſi contraximus, ita quod tertius communis amicus partis ſocietatis inter nos conſtituere, & ipſe te ſocium conſtituit in duab. partibus, me autē in tertia, hoc autem ad boni uiri arbitrium reducitur. in 2. vol. de iur. iuran. c. ueniens. nu. 10. ver. & ultima. 189

¶Sodomitę, ſi clerici fuerint, deponuntur, & in monaſterio detruduntur, ſi autem laici excommunicantur. in v. vol. de exceſſi. præla. c. clerici. nu. 1. 92

¶Soluens an aduerſus alium actionem habeat. in pri. vo. de reſer. c. quia nonnulli. nu. 26. 53

ſoluendi interdum & diſtinguendi neceſsitas incumbit, nec aliter diſcrete quiſpiam ſoluere poſſet, & ideo interdum diſcretio diſtinctio vocatur. in 1. volu. de his quæ vi, metuue cauſ. fi. capitu. ſacris. numero 7. 192

¶Sors in tantum in electioníb. reprobatur, quod etiam elector compromiſſariorum per ſortem aſſumi non debet. in v. vol. de ſortileg. c. eccleſia veſtra. nu. 1. 81

¶Spado qui ſit, & qui caſtratus, & quomodo inter ſe differant. in 1. vol. de corpo. vitia. c. ex parte. nu. 8. 183

¶Spes eſt certa expectatio beatitudinis futuræ. in 2. vol. de iuram. cal. c. cum in cauſa. nume. 4. 50

¶Spirituale cum temporali permutari non poteſt. in 3. volu. de rer. permu. c. exhibita. nu. 1. 87

¶Spoliationis cauſa quando per inquiſitionis modum eſt expedienda. in ſecundo uol. de reſti. ſpolia. c. ſolicitē. nume. 2. ver. ſecundum Hoſtien. 72

¶Spoliator ſi in cauſa matrimoniali poſſeſſorium intentet, & litem conteſtatus ſit, nihilominus ſuper præcedenti dilato petitorio poſſeſſoriū intentare poteſt. in ſecundo volu. de cauſ. poſſ. capit. ad vltimum. numero 8. 64

¶Spoliatus ſi non poteſt agere poſſeſſorio cōtra illum, qui poſsidet rē ſuam, proprietatis moueat affectum, nam quo ad veritatem non amittit, cum eius iura nimis oſsib. inhereant. in 2. uolu. de reſti. ſpol. c. ſepe contingit. nu. 1. uer. & eſt ſenſus. 89

ſpoliatus etiam a iudice iuris ordine prætermiſſo ante omnia reſtituitur. in 2. vol. de reſti. ſpol. c. conquerente. nu. 1. 78

ſpoliatus reſtitutionem petit ab illo, qui ſcienter rem a ſpoliatore recepit. in 2. vol. de reſti. ſpolia. c. ſæpe. nu. 1. 89

¶Sponſam de futuro eccleſia non repellit propter fornicationem præcedentem. in 4. vol. de iur. iuran. c. quemadmodum. num. 4. 194

ſponſa de præſenti non cognita, quæ dicit ſe religionem ingredi velle, compellitur in certum tempus religionem profiteri, vel ipſi marito adherere. in tertio volumine. de conuer. coniuga. c. ex publico. numero 1. 161

¶Sponſalia de futuro ſoluuntur, ſi ſponſi abinuicem ſe abſoluant. in 4. vol. de ſponſa. c. præterea. nu. 1. 2

ſponſalia ſi maior ſeptennio cum proxima vō. in qua malitia ætatem ſupplet, contrahat, oritur ex his iuſtitia publicæ honeſtatis, maximè ſi commiſceri tentauerint. in quarto volu. de ſponſa. c. a. iuuenis. numero 1. 2

Sponſalibus.

Sponſalibus ex contractis cum cõſanguinea publicæ honeſtatis iuſtitia oritur.in 4.vol.de ſponſa.c.ad audientiam.nu.1. 3

ſponſalia an ſapiant conſenſum de præſenti,vel de futuro,cum.ſ.vir interrogatus reſpondet,ꝙ placet ſibi habere talem in uxorem, & eodem modo mulier reſpondet interrogata, ꝙ placet ſibi habere talẽ in virum.in 4.vol.de ſponſa.c.ex literis.nu 6.ver.Pet.de Sa. 4

ſponſaliorum incertorum vi nulla eſt obligatio.in 4.vol. c. ex literis.2. nu.8.ver.& ſecundum hoc. 5

ſponſalia de futuro non ſoluuntur per ſequentia ſponſalia de præſenti, ſi carnalis copula non ſecuta ſit,alias tenent ipſa ſponſalia de præſenti,niſi per metum,qui potuiſſet cadere in conſtantem virum, contracta fuiſſent. in quarto uolumine.de ſponſa.capitu.veniens.numero 1. 6

ſponſalia prima de futuro etiam iurata ſoluuntur per ſecunda ſponſalia de præſenti,ſed non per ſecunda ſponſalia de futuro. in 4.vol.de ſponſa.c.ſicut nu.1. 8

ſponſalia ſi quis cum duobus contraxiſſet & ſecundo cognita monaſterium intraret,nunquid ad primam redire teneretur.in 4.vol.de ſpõ. c.ſicut.nu.1.ver.& ad illud. 8

ſponſalia,vel aliquid matrimoniale quando præceſſit, omnia ratificat, & omnia ſupplet, & ideo mirum non videtur,ſi uerba tertiæ perſonæ ad primam trahantur.in quarto volumine.de ſponſa.ca.tua nos. nu.5. 12

ſponſalia ſi quis poſtea cum ſecunda contrahat per uerba de præſenti, an matrimonium valeat,ſi dum vir tentaſſet primam cognoſcere,aperta eſt ianua mulieris,ita ꝙ viri lancea ipſius clauſtrum eſt ingreſſa,nõ tamen ſemen emiſſum fuerit.in 4.vol.de ſpon.ca. adoleſcens. nu 2.ver.Ino. 14

ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam ſubſecutam.in 4.vol.de ſponſa.c.is,qui.nu.1. 14

ſponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium etiam carnali copula conſumatum,ſed ſpõſalia de futuro etiam iurata ſoluuntur per ſecuta ſponſalia de præſenti.in 4.vol.de ſponſa.c.ſi inter. nu.1. 14

ſponſalia contrahuntur ſecundum Hoſt. ſub certa pœna a partem renuente committenda.in 4.vol de ſponſa.c. Gemma.n.1.ver.dicebat Hoſt. 15

ſponſalia an de futuro contrahantur per iſta verba,promitto, ꝙ de ſpõſabo.in 4 uol.de ſponſa.c.ſi inter.nu.2. 14

ſponſalia pater pro filio impubere contrahit, pro pubere autem non,ſi non conſentiat.in 4.vol.de deſpon.impube.c.tua fraternitas.numero 1. 15

ſponſalibus a patre pro filio contractis an publica honeſtas oriatur.ibi. nu.3.ver.pater.

ſponſalia ſi contraxi,ſiue deſponſaui minorem ſeptennio, cum eius matre contrahere potero,ſecus ſi ſpõſaliorum tempore maior erat,vel licet tunc minor eadem voluntate manẽte facta ſit maior, quia ſi cũ matre poſtea contraham,& eam cognoſcam,nec matrem, nec filiã habebo.in 4 vol.de deſpon.impub.c.literas.nu.1. 16

ſponſalibus deſponſata & traducta impubes, ſi pubes facta petat licentiam nubendi alteri non auditur, ſi maritus iuret,ꝙ eam cognouit,tẽ ex ſponſalibus contractis cum impubere maiore ſeptennio publica honeſtas oritur.in 4.vol.de deſpon.impube.ca.continebatur.numero 1. 17

ſponſalia ſi duo impuberes maiores ſeptennio ante pubertatem contrahant,reſilire non poſſunt, & ille qui primò pubes fieret alium expectabit,& ſi a principio alter erat pubes,alterius etiam pubertatem expectabit. in quarto volumine.de deſpon.impube.capit.de illis.1.numero 1. 17

ſponſalia impuberes contrahentes ante pubertatem ſeparari nõ debẽt. in 4 vol.de deſpon.impube.c.a nobis.nu.1. 18

ſponſalia vbi nulla fuerint ſecundum Inno.iudicium eccleſiæ neceſſarium non eſt,licet ſit honeſtum,& idem in matrimonio; quod nullũ eſt,niſi matrimonialiter coniuncti fuerint, quia tunc ſine iudicio eccleſiæ ſeparans reſtitutio daretur.in 4.vol.de deſpon.impube.c.continebatur.nu 3.ver.Inn.vero. 17

ſponſalia pura efficiuntur,& cum poſtea coiuerint, eſt matrimonium, ſi quis ita dixerit,contraham tecum, ſi permiſeris me tecum coire. in quarto volumine.de ſponſa.duo.c.duobus modis.nu.3.ver. Si permiſeris. 23

ſponſalia ſi maior inuitus cum minore contrahat,non tenetur illam expectare,donec ad ætatem adultam veniat.in 4.vol.de deſpon.impube.c.ex literis.nu.1. 19

ſponſalia contracta cum minore ſeptennio per cohabitationem mutuam poſt ſeptennium conualeſcunt,& inducunt publicam honeſtatem,ſoluuntur tamen per ſequẽs matrimonium de præſenti. in 4.vo. de deſpon.impub.c.duo pueri.nu.1. 19

ſponſalia contraxiſſe intelligitur,non matrimonium, ſi quis per verba de præſenti cum impubere contrahat,in qua malitia ætatem non ſuppleat.in 4.vol.de deſpon.impube.c tuæ nobis.nu.1. 20

ſponſalia ſi quis publicè cum prima contraxerit, nunquid publicatio ſufficiet,ut licitè ſibi ſecũda coniungatur, an uero ſententiam diuortii ſecunda quærere debeat,& iuſtitiam ſententiæ.in 4. vol. de cland. deſpon.c.cum inhibitio.nu.6. 22

ſponſalia quatuor modis contrahuntur.in 4.vol.de ſpon.duo.c. duobus modis.nu.3. 23

ſponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium etiam carnali copula conſumatum.in quarto uolumi.de ſpon.duo.ca.licet. nu.1. 33

ſponſalia qui contrahit ſub honeſta conditione, & ante conditionẽ ſic deſponſatam agnoſcit,a conditione recedit.in 4. vol. de condi. appo.c.per tuas.nu.1. 26

ſponſalia lepra ſoluit,niſi in matrimonium præſumptum tranſeant. in 4.vol.de coniug lepro.c.literas.nu.1. 34

ſponſalia de futuro affinitas ſuperueniens diſſoluit, ſed non matrimonium inceſtuoſus autem contrahere non poteſt.in 4. volu. de eo qui cogno.conſan.vxo.ſu.c.ueniens.num.1. 40

ſponſalia de præſenti affinitas ſuperueniens non diſſoluit. in 4.volu.de eo qui cogno.conſan.vxo.ſuæ.c.diſcretionem.nu.1. 41

ſponſalia de futuro affinitas ſuperueniens rumpit.in 4.vol. de eo qui cogno.conſangui.vxo.c.ex literis.nu.1. 41

ſponſalibus honeſtas, quæ contrahitur inter ſponſam & cõſanguineos ſponſi,nunquam præcedit ſponſalia,per quæ contrahitur,& per conſequens ipſa præcedentia ſponſalia non ſoluit, ſequentia impedit,& dirimit,& alia multa de hoc.in 4.vol.de eo qui cogno.conſan.c.ſuper. nu.1.ver.in glo.1. 42

ſponſalia,imo verum matrimonium non videt Hoſt.cur corde,& ore, ſine aliis verbis,non ſit contractum, ſi vnus dicat alteri, ego volo te in vxorem,ſi vis me in virum,& ſi conſentis, ꝙ uerum ſit matrimonium inter me,& te oſculeris me ſtatim, & ſtatim mulier illum deoſculetur.in 4.vol.de ſpons.duo.c.duobus modis.nu.5. 23

ſponſalia de futuro affinitas ſuperueniens ſoluit, de qua conſtat ſaltem per famam.in quarto volumine.de conſangui. & affini.ca.ſuper eo. nu.1. 43

ſponſus de futuro ſi ante carnalem copulam ſe per longum tempus abſentet,ſponſa cum alio contrahere poterit.in 4.vol.de ſponſa.c.de illis.nu.1. 5

ſponſus duarum adherebit primę,ſi fuit ſponſa de præſenti, ſi de futuro,& ſecunda de præſenti,ſecundę adherebit.in 4. vol. de ſpon.duo. c.duob.modis.nu.1. 23

¶Sportulæ in foro eccleſiaſtico non præſtantur.in 2.vo.de plus petitio. c.conſilium.nu.11.ver.Item in eccleſiaſtico. 63

ſportulæ dandę ſunt executoribus pro ſui laboris remuneratione.in 3. vol.de vi.& hone.cleri.c.cum ab omni.nume.8. ver. & dicit ſportulas. 4

ſportula quę pars vocię eſt.ibid.nu.9.

ſportulæ erant vaſa muneratoria, idest vbi ipſa munera per officiales ponebantur,quæ dabantur pro eis,vel pro iudicibus.ibid. nu.9.verſi. propriè autem.

¶Status mutatio non liberat aliquem ab eo,ad quod tenebatur.in 1.vo. de reſcrip.c.cum te.nu.18. 24

¶Statutum, vel decretum ſi fiat in prędiudicium alicuius a fratribus tenet,ſed eſt reuocandum,nec eſt neceſſe appellare, ſed contradicere ſufficit.in 1.vol.de conſti.c.cum omnes.nu.14. 13

ſtatutum contra conſuetudinem propter utilitatem eccleſię bene fieri poteſt, cum neceſſitas hoc requirat ſuperioris auctoritate.ibid.numero 30. 14

ſtatutum non valet,per quod cultus diuinus ſine cauſa minuitur,etiam ſi in forma communi a papa confirmatum fuerit.in 2.vol. de conſti. c.ex parte.nu.1. 19

ſtatuta facere poſſunt vniuerſitates, quę iuriſdictionem habent, ſuper omnibus,quę ad ſuam iuriſdictionem pertinent, ſicut & conſuetudines poſſunt inducere,in primo volumi.de conſti. c. cum omnes.numero 8. 13

ſtatutum valeret,ſi fieret ꝙ abſentis prębenda eccleſię daretur.ibid.nu. 28.ver.dixit hic Hoſt. 14

ſtatuta libertatis eccleſię etiam pręterita reſpiciunt.in 1.vol. de conſti. c.quoniam.nu.24.ver.vnde dicebat Vincen. 20

ſtatutum ſi per quinquennium priuat hoſpitia viciniæ, in qua fuit ſcolaris offenſus,ſi non fuit captus offenſor,pendente tamen prima priuatione ex prima offenſa,ſit ſecunda in eadem vicinia,nec malefactor capitur,nunquid ſecundum quinquennium ſtatim a primo finito incipiat.in 1.vol.de ele.c.cum in cunctis.nu.30.ver.quęrunt,an ſecundum. 78

ſtatutis,ſiue conſtitutionibus & priuilegiis ciuitas ſub nomine diœceſis continetur.in 1.vol.de offi.ordi.c.pernicioſam. nume. 2.uer.diœceſibus. 145

ſtatutum reuocatur,quod arctat eccleſias res ſuas certis tantum locare perſonis.in 3.vol.de loca.& conduc.c.veſtra nobis.nu.1. 82

ſtatutum de una eccleſia per principem habitum, ex quo in iure redactum eſt,generale videtur,niſi conſtiterit de principis intentione cõtraria.in 3.vol.de ſepul.c.cum ſuper.nu.1. 126

ſtatutum ſi fiat,ꝙ nullus clerico vendat,an corrigi debeat. in 3.volu.de immu.eccle.c.aduerſus.num.13. 218

Statutum ſi habeat, q; ſingulis quatuor menſibus ſiat conſilium de male ablatis,& pro præcedentib.quatuor menſib.vltimum ipſorum factū fuerit,nunquid poſsit fieri.z.die ſequentis temporis quatuor menſiū. in quarto uolumi.de conſangui.& affi.capitu.quod dilectio . numero 1. 43

ſtatutum de regularib.excommunicatis pro iniectione manuum p ſuos prælatos abſoluendus , ad hoſpitium hyeroſolimitanum extenditur, vt ipſorum prior illos abſoluat.in v.vol.de ſent. excom.ca.canonica. nu.1. 147

ſtatutum laicorum ſi pro communi vtilitate factum fuerit, q; vadēs de nocte ſoluat tantum,nunquid clerici huic ſubiaceant.in v.vol.de ſē. exc.c.grauem.nu.5. 148

ſtatuto quo pacto vniuerſitas ligetur.ibid.nu.5.

ſtatuta,vel conſuetudines ſi habeant, q; committentis adulterium , uel aliud grauius crimen eius poſſeſsiones debeant confiſcari,clericus lautas poſſeſsiones habens illud crimen committat, nunquid poſſeſsiones illę a laicis confiſcabuntur.in 2.vol. de for.compet.c.poſtulaſti. nu 6.ver.quid enim. 25

¶Statutarii electi ad concedenda ſtatuta , ſi ſuper illis poſtea ambiguitas oriatur,an illa interpretari habeant.in v.vol.de ver.ſig.c.ex parte. 3.nu.3.ver.& per hanc glo. 159

¶Sterilitas quæ dicatur,& quot etiam modis capiatur.in 3.vol.de loca. & conduc.c.propter.nu.4. 83

¶Stilo tam breui in ſcribendo quare vſus fuerit Ioannes And. in 2.vol. de teſti.c.fraternitatis.nu.3. 134

¶Stipulatione ſi ſtipuler ego.x.mihi dari,ſi nauis venerit,& Titius conſul factus fuerit,niſi vtrunque fiat,non debentur.in 1.vol.de reſcri.c. ex parte.nu.13. 22

ſtipulatione ſi ſtipulatus ſim rem dari.& vacuam poſſeſsionem tradi p actionem incerti ex ſtipulatu,veniunt fructus poſtea percepti, vt verba vacuam &c.aliquid addant.in 2.volu.de ſi. inſtru.c.cum Ioannes. nu.17. 172

ſtipulatione ſtipulatus eſt ſi quis ſibi,aut Titio dari, tunc licitè Titio datur,ſi in eo ſtatu manſerit,in quo ſtipulationis tempore erat.in 2.volumine.de iure iuran.capitulo quemadmodum . nume.12.verſicu.in glo.ii. 194

ſtipulatio rei ſacræ,vel publicæ,vel liberi hominis non valet , licet illa poſsit fieri prophana,vel priuata,vel ille liber ſeruus.in 3.vol. de ceſſi.c.quanto.nu 6.ver.in gl.vlt. 207

ſtipulatio an valeat , cum ſtipulor a te ſtichum, & tu de uno intelligis, ego autem de alio,& an ſecus,cum in iudicio a me petis.in 2.volu. de iudi.c Dequouiuldeo.nu.12. 2

¶Studere licet diebus feſtis , cum ſit opus licitum, ſine ſolennitate.in 2. vol de fer.c.omnes.nu.3. 54

¶Subdelegare poteſt delegatus papæ,licet ex officio,vel de partium cōſenſu datus ſit cum clauſula , q; ſi non omnes,tu cum altero &c.idē poteſt conſentientib.partibus,cui committitur negocium perſonaliter exequendum,fallit in duob.caſib. ſecus ſi nudum miniſterium ſibi commiſſum fuerit.in 1.volu.de officio delega.cap.quoniam.2.numero 1. 237

¶Subdelegatus a papæ delegato iuriſdictionem habente coercere poteſt.in 1.vol.de offi deleg.c.ex literis.nu.1. 224

ſubdelegatus papæ ſi ſimpliciter datus cœperit vti iuriſdictione,delegatus illum reuocare non poteſt , ſed ſi ſubdelegatus ipſe contra formam apoſtolici reſcripti procedit,proceſſus nullus eſt. in 1.volu.de offi.delega.c.venerabili.nu.1. 232

¶Subdiaconus in epiſcopum eligi poteſt.in 1.vol.de æta & quali.capit. a multis.nu.1. 166

ſubdiacono olim permittebatur archiepiſcopo diſpenſare,ſed non cū inferiorib.ſicut nec hodie.ibid.nu.8.

ſubdiaconus,qui ignoranter per ſaltum ſit presbyter,poſt pœnitentiam ad diaconatum ordinatur,& demum ſecum in ſacerdotio diſpenſari poterit.in quinto volumi.de cleri.per ſal.promo.ca. duæ literæ.numero 1. 90

ſubſcribere quomodo poſsit prior monaſterii,cui ſit aliqua conceſsio. in ſecundo volumine.de ſen.& re iudi.c.cum inter.nu.7.ver.ſed quo modo. 231

¶Subſtitutio directa eſt,quæ directè non per perſonam mediam ſubſtituto debetur,indirecta vero, quæ debetur per perſonam mediam.in primo volu.de electio.c.bonæ memoriæ.nu.45. ver. ſimile quod dicimus. 91

ſubſtitutioni an locus ſit , ſi quis non ingrediatur monaſterium ſed ipſum heredem inſtituat.in ſecundo volu.de proba.c. in præſentia.numero 34. 116

¶Villę duę,uel duo populi ſi ab inuicem diſtẽt; ſed in altera tantum eſt eccleſia,in qua uterque populus ad diuina conuenit,nunquid illius eccleſię rector dicatur habere duas curatas:cum habeat duos populos,vel duas uillas.in 3.uol.de cleri.non reſi.c.quia nonnulli.numero 6. 16
Vinculo maiori ſuperueniente,primum an rumpatur.in 3. uol.de vo.c.per tuas.nu.1. 174
¶Vini parum ſi apponatur cum ſanguine in calice, & fratres communicent in conuentu:ſacerdos autem, qui tenet calicem cum ſanguine,uidens quod quantitas ſanguinis non ſufficeret omnino fratribus ponit ibi aliquantulum de uino:ſed quantitas ſanguinis maior eſt in magna parte uino appoſito, nunquid totus ſanguis cenſebitur. us 3.vol.de celebra.miſſa.c.cum Marthę.nu 17.uer.quid ergo. 120
Vini & panis ſubſtantia in quę reſoluantur.in 3.uol.de celebra.miſſa.c.cum Marthę.ibi.nu.8. 210
¶Violentia probata per teſtes,res amiſſa per iuramentum probatur. in 1.uol.de his quę ui,metusvę cau.fi.c.ſuper eo.nu.21. 294
¶Violẽtus rem cum fructibus,qui percipi potuiſſent,reſtituere,damna reſarcire,& de iniuriis ſatisfacere compellitur.in 2.uol.de reſti.ſpolia.c.grauis.nu.1. 79

¶Vi-

¶Virginitate in probanda matronarum atteſtatio aſſertioni viri præfertur. in 2. vol. de proba. c. propoſuiſti. nu. 1. 112

Virginitatis probatio per matronas licet ſufficiens ſit, non tamen per eam matrimonium ſeparatur, niſi alia interueniant. ibid. nu. 5. verſi. hoc dico.

Virgas colligere, cum quibus colligens verberetur, diſcretum non eſt, in 1. vol. de reſcr. c. ex parte. nu. 6 46

¶Viri inſtituendi ſunt in cathedralibus, & collegiatis eccleſiis, quibus, cum expediri, epiſcopi committere poſſint viſitationes, prædicationes, & confeſſionum auditiones. in 1. vol. de offi. ordi. c. inter cætera nume. 1 255

Viri & mulieris dicto ſtatur, qui negant aliquem filium, niſi indiciis, & teſtib. contrarium probetur. in 4. volu. qui fil. ſint legit. c. tranſmiſſæ. numero 1. 55

Vir ſi habeat alia bona, vnde vxor ſibi conſulere poterat, ſi conſentiente vxore rem ſibi donatam propter nuptias vendidit, & in vſus ſuos, & vxoris precium conuertit, emptorem, qui rem ſpacio. xxx. annorum poſſedit, vxor ſuper illa re inquietare non poteſt. in 3. vol. de empt. & vend. c. peruenit. nu. 1. 80

¶Vis ſi fuit illata a domino, vel aliquo potente hoſpiti in hoſpitãdo excommunicato, ipſe hoſpes reus non erit, in 1. volu. de his quæ vi me. ve. cau. fi. c. ſacris. nu. 14 293

¶Viſitator a Papa datus a beneficio remouere poteſt, in 1. vol. de reſcr. c. dilectus. ver. Abbas & Egi. dicunt. nu. 5. 38

¶Vnctionis extremæ ſacramentum duplici de cauſa inſtitutum fuit, ad corpus ſcilicet ſanandum, & animam ſaluandam, quoniam peccata venialia purgat. in 1. vol. de ſacra vnct. c. cum veniſſent. nu. 12. 170

Vngere poteſt infirmum ſolus ſacerdos. Item anno biſextili circa feſtũ ſancti Mathiæ feſtandum loci conſuetudo ſeruetur, dum tamen vigilia feſto continuetur. in v. vol. de verb. ſign. c. quæſiuit. nu. 1. 143

Vngitur Pontifex in capite, rex autem in armo. in 1. vol. de maio. & ob. c. ſolitæ. ver. Pontifex. 294

Vngebantur reges in capite ex præcepto veteris teſtamẽti, ſed a tempore Chriſti vnguntur in armo ad differentiam Pontificis, qui in capite vngitur. in 1. vol. de ſacra vnct. c. cum veniſſent. nu. 29 171

¶Vngula pollicis carens, dummodo in pollice fortis ſit, ad ſacerdotiũ licite promouetur. in 1. volu. de corpo. vitia. c. Thomas. nu. 1. 184

¶Vniones tres in Chriſto fuerunt, vna diuinitatis ad animam, alia diuinitatis ad carnem, tertia ipſius animæ ad carnem. in 1. vol. de ſumma Tri. c. firmiter. nu. 55. 8

¶Vniuerſitatis ius an quælibet ciuitas, & quodlibet caſtrum ſibi conſtituere poſſit. in 1. volu. de offi. ordi. c. cum ab eccleſiarum. nu. 11 245

Vniuerſitas ad agendum & defendendum procuratorem conſtituere poteſt, in 1. vol. de procu. c. quia. nu. 1. 284

Vniuerſitas, an poſſit de publico crimine per ſindicum accuſare. in v. vol. de ſimo. c. dilectus. 2. nu. 9. 29

Vniuerſitate alienata etiam per laicum, & in laicum tranſeunt iura, quæ per laicos poſſideri poſſunt. in 3. vol. de iure patrona. c. ex literis. nu. 3. verſi. non excepto. 192

¶Voluntas Dei diſcutienda non eſt, neque ipſe Deus. in 1. volu. de ſum. Tri. c. firmiter. nu. 90 9

Voluntas vltima quæ dicatur, in 3. volu. de teſta. in rubr. nu. 6. 105

¶Votum peregrinationis in aliud, quod ſit Deo magis acceptum, epiſcopus ex cauſa commutare poteſt. in 3. volum. de vo. c. de peregrinationis. nu. 1 168

Votum vltra marinum commutat Papa in his maxime, qui ætate pueri li vouerunt. in 3. vo de vo. c. uenientis. nu. 1 168

Voti non eſt reus ſimpliciter proponens religionem ingredi, licet non ingrediatur. in 3. vol. de vo. c. literarum. nu. 1. 168

Votum iniciatur, confirmatur, & conſumatur. ibid. nu. 3.

Votum irritatur defectu conditionis, ſiue generalis, ſiue ſpecialis, vbi & quid conditio generalis, & ſpecialis dicatur. in 3. volu. de vo. ca. ſcripturæ. nu. 1. 2. 2. 169

Voti ſi conditio extet, nunquid poterit agere rector eccleſiæ ad petendum palium, quod offerendum vouit. ibid. nu. 3.

Votum ſecundum Innoc. ſuperioris poteſtate irritatur, vt patet in monacho, qui nullum votũ ſine ſuperioris licentia emittere poteſt. ibid. numero 4.

Votum abbatis, ſerui & impuberis an valeant, & quibus aſtringantur. ibid. nu. ver. quid de abbate, cum plu. uer. ſeq.

Voti vltramarini executio Papæ authoritate ex cauſa differri poteſt. in 3. vo. de vo. c. non eſt, nu. 1. 169

Voti ultramarini ad executionem eccleſia compellit laicum per excõicationem, & etiam bonorum ſubtractionem. in 3. volu. de vo. c. licet. nume. 1. 169

Vota ſua ſi adimpleat ſub conditione pater, poteſt filium in poteſtate ſua conſtitutum inſtituere, ſi votorum executio ſit poteſtatiua, ſecus ſi caſualis, vel mixta. ibid. nu. 3 170

Votum vltramarinum commutat Papa ex cauſa, in vigilias & ieiunia, tunc maxime, cum ceſſat cauſa, quæ vouentem ad votum induxit, ita etiam, ꝙ expenſę fiendę, in eundo, ſtando & redeundo integraliter in terræ ſanctæ ſubſidiũ mittantur. in 3. vo. de vo. c. magnæ. nu. 1. 170

Vota quædam redimuntur, quædam nec redimuntur, nec permutantur iuxta ꝗ ſententia. ibid. nu. 12. ver. ex hoc. 171

Votum vltramarinum impedito ad tempus exequi conceditur dilatio, perpetuo uero impedito indicitur redemptio in id, quod magis terrę ſanctę expediat. in 3. vol. de uo. c. ꝗ ſuper his. nu. 1 172

Votum vltramarinum ex certis caſibus redimi, & commutari poteſt, nõ tamen per alium quam per Papam ſine ipſius ſpeciali mandato, habiles ad eundum, ſed inhabiles ad pugnandum, ſi ſint ſtrenui cõſilio, vel multos bellatores adducunt, uotum non redimunt, uxorati uouentes obligantur ex uoto, & viri ſine vxorum conſenſu poſſunt hoc uotum facere, & adimplere. Clerici uerò, niſi in certis caſibus hoc votum redimunt, in 3. uol. de vo. c. ex multa. nu. 1 173

Voto qui uotum religionem ingredi, ſi voto non impleto epiſcopus fiat, renunciare debet, & uotum implere. in 3. uolumi. de uo. ca. per tuas. numero 1. 174

Votum vltramarinum prælatus etiam profeſſus emittere poteſt, & in vſus ſuos. xx. eccleſiæ ſuæ conuertere. in 3. vol. de uo. capitulo poſtulaſtis. nume. 1 174

Votum continentiæ clericus ſecularis uouerem poſſet ſine ſui epiſcopi licentia, non tamen peregrinationem, epiſcopus autem nec uotum peregrinationis, nec religionis ſine Papæ ſpeciali licentia emittere poteſt. in 3. uo. de uo. c. ſcripturæ. nu. 4 uer. clericus autem. 169

¶Vox illius, qui in poſſeſſione non eſt, an & quomodo ſuffragium præſtare poſſit. in 1. uol. de elect. c. cumana. nu. 4. uer. ſed cuęritur. 123

Vocem in capitulo duplicem nunquid theſaurarius Florentinus factus canonicus habere poſſit, ſi vt theſaurarius tantum vnicam habebat. in 2. uol. de ſen. & re iud. c. cum olim. nu. 8. ver. dicit Vincen. 230

Vox epiſcopi in capitulo, an alias uoces excedat. in 3. volu. de conceſſ. pręb. c. poſtulaſtis. nu. 10 59

Vocans an agat vi bonorum raptorum, vel furti contra illos, qui vocatos ſpoliarunt. in 2. uol. de iureiur. c. ſicut. 3. nu. 5. 197

Vocetur ſi quiſpiam ad electionem faciendam, nec ad diem veniat, & capitulum dicat ipſum expectandum, nonne aliquis eorum, qui præſentes ſunt, poteſt recedere, & ſi receſſerit, nonne iterum vocandus eſt, in 1. vol. de off. dele. c. conſuluit. nu. 11 216

¶Vſufructuarius rei ſine domini conſenſu donans rem ipſam uxori propter nuptias non transfert in eam plus iuris quam ipſe habeat. in 4. uol. de dona. inter vir. & uxo. c. nuper a nobis. Idem in eo, qui ſub cõditione adueniente habet rem in hæreditatem, vel feudum. nu. 1 70

¶Vſusfructus ſi alternis annis legatus eſt utendus Titio, & Meuio, ordo ſcripturæ ſeruabitur, ut prius Titio, deinde Meuio debeatur. in 1. uol. de reſcrip. c. cum dilecta. nu. 17 35

Vſusfructus minorum, & quæ ipſis data ſunt, nunquid in monaſterium tranſeant, vt alienari non poſſint. in 2. volu. de proba. c. in præſentia. nu. 16. uer. ſed nunquid uſusfructus. 116

¶Vſura ſicut furtum & rapina reſtitutioni ſuccumbit. in 5. uol. de uſur. in rubri. nu. 1. 72

Vſuras recipere non licet, vt ex eis captiui redimantur. in 5. uol. de uſur. c. ſuper eo. nu. 1 73

Vſurarum de quæſtionib. inquiſitores hæreſis ſe intromittere non poſſunt. in 5. uol. de vſu. in rubr. nu. 1. uer. item. 72

Vſuras ad redimendas per ſubtractionem communionis chriſtianorũ cogit eccleſia iudæos ad remittendas vſuras. in 5. uolu. de vſu. c. poſt miſerabilem. nu. 1. 77

Vſuras dans peccat, ſicut recipiens, quod quidam non credunt, rationẽ diuerſitatis vide, in 5. vol. de ſimo. c. non ſatis. nu. 4. uer. recepit. 12

Vſura propter quid prohibita ſit, pulcherrimæ rationes. in 5. vol. de uſu. in rubr. no. 2 uer. Ino. hic. 72

Vſura committitur in his, quæ conſiſtunt pondere, numero, & menſura. in 5. uolu. de vſu. c. in ciuitate. num. 1 uer. ſeu cinamomum. 74

Vſuras exercere non eſſe peccatum pertinaciter aſſerentes uelut hęretici ſunt puniendi. in 5. uolu. de uſu. c. cum tu. nu. 3 73

Vſuras graues iudæi, qui a chriſtianis extorquent, uel de ſuis domibus, & poſſeſſionibus decimas & oblationes eccleſiis non ſoluerint, commercio chriſtianorum priuantur. in 5. uolum. de uſur. ca. quanto. numero 1. 77

Vſura eſt lucrum mutui pacto debitum, uel exactum. in 5. uol. de uſu. c. plures. nu. 2 72

Vſura an ſit, ſi non erat mercator uenditurus in loco, pone poma erant granata, quæ ipſe habebat, in riperia, ubi magna eſt copia, & uolebat illa uendere Pariſius, ubi ſunt chara, inuenit tamen quendam, qui ibi ſtatim dat, quod Pariſius habere poſſet. in 5. uol. de uſur. c. nauiganti. nume. 7. 78

Vſuras percipiendas an creditor imputare teneatur. in 5. uolu. de uſu. c. plures. nu. 5. uer. ubi nota. 72

Vſurarii manifeſti ad altaris communionem, chriſtianam ſepulturam, uel oblationem offerendam admitti non debent. in 5. uolu. de uſu. c. quia in omnibus. nu. 1 72

Vſurarius publicus ipſo iure canonum pœnas incurrit. ibid. nu. 3.

Vſurarii qui ſunt ſoluendo per pœnam Lateranenſis concilii uſuras reſtituere compelluntur, quas etiam ante concilium receperunt. in 5. uol. de uſu. c. cum tu. nu. 1. 73

Vſurarius potius in animæ ſuæ detrimentum eleemoſinam facit, quam vt in animæ ſuæ ſalutem vſuram reſtituat. in v. vol. de vſur. c. quia in omnibus. nu. 6. ver. in gl. vlt. 72
Vſurarius monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, ab officio & beneficio ſuſpenditur, ſi laicus excommunicatur. in v. vol. de vſur. ca. præterea. numero 1. 75
Vſurarii contractus forma ſecundum Goſt. proprie eſt in mutuo, ſecus in venditione. in v. vol. de vſu. c. in ciuitate. nu. 6. ver. in gl. ſimile. 74
Vſurarii hęres, filius, vel extraneus vſuras reſtituere cogitur. in v. vol. de vſur. c. tua nos. nu. 1. 74
Vſuraria vniuerſitas, ſicut priuatus eſſe poteſt. in v. vol. de vſu. c. conqueſtus. nu. 1. ver. no. Ala. 74
Vſurariam & ſuam prauam intentionem, ſi quis in iudicio contentioſo confiteatur, quid agendum. in v. volu. de vſu. c. conſuluit. nu. 7. 75
Vſurarii exiguni ac ſi liceret, quod prędo non facit. in v. volu. de vſu. c. quam pernitioſum. nu. 1. ver. reſpondetur. 75
Vſurarius, qui debitorem iurare fecit, de ſoluendis, vel non repetendis vſuris eccleſiaſtica cenſura compellitur ab exactione deſiſtere, & perceptas reſtituere. in v. vol. de vſu. c. tuas dudum. nu. 1. 75
Vſurarius non auditur per reſcriptum impetratum ſuper recuperandis vſuris, quas alteri ſoluit, niſi prius vſuras reſtituat, quas extorſit. in 5. vol. de uſu. c. quia fruſtra. nu. 1 76
Vſurarii quidquid poſſunt excogitare in fraudem vſurarũ, & ne ab eis poſſit repeti, in nullo illis procedit, ex quo de fraude conſtat, de qua per probabiles coniecturas apparet. in v. vol. de vſu. c. tuas dudum. nu. 2. ver. dicit Hoſt. 75
Vſurarius cum ſit malę fidei poſſeſſor, ſi alibi ſe tranſtulerit, cuius expẽſis pignus redimetur. in v. vol. de vſu. c cum tu. num. 8. ver. & ibi, operę. num. 73
Vſurarii manifeſti etiam nemine accuſante per pęnam lateranenſis cõcilii ab ordinario compeſcuntur. in v. vol. de vſu. c. cum in diœceſi. nume. 1. 76
Vſurarius contractus an ſit, ſi habens pecuniam volebat ad nundinas ire & merces emere, vt alio deferret, vel certo tempore ſeruaret propter lucrum, & ego indigens pecunia illam recipio, offerens me illam reſtituere cum lucro in termino ſperato & loco. in v. volum. de vſu. c. nauiganti. nu. 5 77
Vſurariorum contra contractus de facili præſumendum eſt, quia peſſimum genus hominum, & quia ſic præſumi expedit animab. ipſorum in 3. volum. de empt. & vend. c. ad noſtram. numero 3. ver. & dicit de facili. 80
Vſurariorum multiplices cõtractus ab ipſis facti qui & quales. ibid. nu. 4. circa fi. ver. experientia docuit.
Vſurarius ſi rem emat eo pacto, quod poſt tempus eam reſtituet venditori recipiendo aliquid vltra ſortem, fructibus tamen computatis in ea, pignoratitius cõtractus iudicabit. in 3. vo. de pig. c. illo vos. nu. 1. 89
Vſurarius domus habitare poteſt, ſed nõ locare, poteſt ſtercorare agrũ ſuum, ſed non fruitur lana, lacte, & ſimilibus. in 3. vol. de pigno. c. cũ conſtet. nu. 11. ver. in gl. hic dicitur. 92
Vulneraſti ſi feram, vt capi poſſit, non tamen eſt tua, niſi illam cœperis, quia multa poſſent accidere, quod illam non caperes. in 4. volu. de ſponſa. c. iuuenis. nu. 7. 3
¶Vxor accuſata de adulterio, ſpeciale eſt, quod poſſit marito lenocinium opponere. in 2. vol. de confeſ. c. cum ſuper. nu. 10 108
Vxorem ſi quis aliquam petat, & probet, quod per x. annos ſimul cohabitauerint, & viciniæ fama hoc habuit, quod eã tenuit vt vxorem, an finaliter obtinebit. in 2. vol. de præſum. c. illud. nu. 6. ver. quod ſi aliquis. 179
Vxor de malis moribus ſuſpecta, cuius maritus religionẽ profeſſus ſit, an licentiam ab epiſcopo habere poſſit. in 3. vol. de conuerſio. coniuga. c. ad apoſtolicam. nu. 3 163
Vxore ſi in iudaiſmo relicta, iudæus ad fidem conuertatur, communis proles eidem aſſignatur. in 3. volu. de conuer. infide. ca. ex literis. numero 1. 167
Vxorem ſi occidi, vt cum Berta contraherem, & poſtea contraxi, tu qui dicis matrimonium ſine adulterio ſeparandum, da mihi ius expreſſum, dicit author, in 3. vol. de conuer. infide. c. laudabilem. nu. 2. verſi. & ſic loquitur ratio. 167
Vxorem filii, quam pater detinet, compellitur pater per cenſuram eccleſiaſticam filio reſtituere. in 4. volu. de ſponſa. c. non eſt. nu. 1. 5
Vxore viuente ſi quis contrahit cum ſecunda, hoc ignorãte prima mortua, ad ſui petitionem non ſeparabitur a ſecunda, in 4. vol. de eo qui dux. in matri. c. propoſitum. nu. 1 30
Vxore prima legitima viuente, ſi quis contrahit cum ſecunda ſciente, & eam cognouit, etiam mortua prima, ſecũdam habere nõ poterit, in 4. vol. de eo qui dux. in matri. c. ſignificauit. nu. 1. 31
Vxore cum illa quis contrahere nõ poteſt, quam vxore viuente cognouit, ſi in mortem vxoris machinata fuit. in 4. volu. de eo qui dux. in matri. c. ſuper hoc. nu. 1 31
Vxore prima viuente etiam quo ad thorum ſeparata ſi ſecundam quis duxit vxorem, etiam prima mortua, a ſecunda ſeparabitur. in 4. vol. de eo qui dux. in matri. c. ex literarum. nu. 1. 32
Vxore legitima viuente qui cum ſua contraxit, adultera, etiam prima mortua a ſecunda ſeparabitur. in 4. vol. de eo qui dux. in matri. c. cũ haberet. nu. 1 31
Vxore mortua ſi quis contrahit cum ea, quam viuente vxore ſine fidei datione agnouerat, matrimonium tenet, dũmodo in defunctæ mortem neuter machinatus fuerit. in 4. vo. de eo qui dux in matri. c. ſignificaſti. nu. 1. 32
Vxore prima viuente ſi quis ſecundam huiuſmodi neſciam ducat vxorem, mortua prima cum ſecunda remaneat. in 4. vol. de eo qui dux. in matri. c. veniens. nu. 1. 32
Vxorem primam ſi quis non cognouerit, quando cum ſecunda contraxit, quam cognouit, nũquid prima mortua, vel religionem intrante, cum ſecunda remanere poterit. in 4. vol. de eo, qui dux. in matri. c. ſi quis vxore. nu. 5 33
Vxorem vir dimittere non poteſt ſine eccleſiæ iudicio etiam propter notorium impedimentum. in 4. vol. de diuor. c. porro. nu. 1. 64
Vxoris, ſeu coniugii ſi fama impedimentum defert, etiam nemine opponente epiſcopus inquirere poteſt. ibid. nu. 1
Vxor repellitur petens mariti reſtitutionem, ſi notoriè fornicata ſit, & maritus continuit. in 4. vol. de diuor. c. ſignificaſti. nu. 1. 64
Vxor ſi a viro lapſo in hæreſim propria authoritate diuertit, ad eum reuerſum redire compellitur, ſecus ſi per eccleſiæ iudicium ſeparata fuerit. in 4. vol. de diuor. c. de illa. nu. 1 66
¶Vxoratus in epiſcopum promoueri non poteſt, niſi eius vxor religionem profiteatur. in 3. vol. de conuer. coniug. c. iane. nu. 1. 161

INDEX CVM COPIOSVS TVM FIDELIS IN NOVELLAM IOAN. ANDREAE,

VIRI VTRIVSQVE IVRIS diſciplina longe celebratiſsimi.

AD SEXTI DECRETALIVM ATQVE MERCVrialium Commentarios.

Præpoſitio ponitur excluſiue. de præben.c.ſtatutum.nu.2. 95
Abbas ſi cōſtituatur procurator in cauſa monaſterii in ipſa cā non poterit eſſe teſtis.de teſt.& atteſta.c.præſentium.nu.2. 71
Abbas declaratus,an cōtineatur ſub nomine dignitatis.de hæret.c.inquiſito.nu.1. 140
Abbas nō facit monachum ſine voluntate fratrum.de regu.c.fin.ad ſolum.nu.1. 127
Abbas eſt Dei vicegerens ſuper caput monachi.Ne cle.vel mona.vt periculoſa.nu.2. 131
abbas an habeat domicilium in ſuo.de reſcrip.c.ſtatutum.nu.24. 20
abbas exemptus poſtulandus eſt:non exemptus vero eligendus. de ele. c.ſi abbatem.nu.2. 37
abbas debet eligi per monachos.de elect.c.ex eo.nu.3. 34
abbas poteſt committere monacho eccleſiam monaſterii non curatā, in reg.quæ a iure exorbitant.nu.11. 70
abbas & conuentus ſtatutum ediderunt iuramento firmatum, vt ſingulis monachis darentur annuatim decem pro veſtitu,an abbas ſuapte ſponte & voluntate poſſit id tollere,pecuniam hiſce monachis denegans.in reg.non eſt obligatorium.nu.2.4.6.7.& 11. 50
abbatis poteſtas in monaſterium.Et eiuſdem munus.in reg. non eſt obligatorium.nu.5. eo.
abbates quibus vſus anuli eſt conceſſus,an poſſint extra monaſterium illo vti.de priuilegiis.c.vt apoſtolicæ.nu.2. 149
abbates & prælati poſſunt dare commendaticias ad ordines ſi ita ſint exempti,q̄ diœceſani non habeant ordinationem in clericis ipſorū. de temp.ord.c.cum nullus.nu.2. 43
abbatiſſa an egredi poſſit pro viſitādis monaſteriis ſibi ſubiectis. de ſta. reg.c.periculoſo.nu.1. 133
abſens plures procuratores ad actum electionis dare poteſt inſolidum aliter non.de elect.c.ſi quis iuſto.nu.1. 40
abſens excōicatus non tenetur de inobedientia ſi non geris ſe pro excōmunicato.de conceſſ.preb.c.quia cunctis.nu.10. 109
abſolutus ſimpliciter in omnibus eſt abſolutus.de pœnis.ca. fęlicis.numero 19. 154
abſens eſt a loco vbi iudicium exercetur,qui in iudicio non eſt. de procuratoribus.c.ſi quem.nu.2. 60
abſolutio ad cautelam nunquam venit,quando per commiſsionem legati poteſt prouideri ſuper excommunicatione, niſi ſpecialiter ſit commiſſa.de ſenten.exc.c.ſolet.nu.8. 159
abſolutio non eſt neceſſaria,vbi conſtat appellationem legitimam præceſsiſſe.de ſent.exc.c.ſolet.nu.1. eo.
abſolutio omnis etiam deiecta non ad cautelam dicitur gratia. de ſent. excom.c.ſolet.nu.13. 160
abſolutio ad cautelam quid ſit.de ſent.exc.c.ſolet.nu.9. eo.
abſolutio impediri poteſt per aduerſarium opponentē ſententiam latā eſſe pro manifeſta offenſa.de ſent.exc.c.ſolet.nu.14. eo.
abſolutio fauorabilior eſt,quam condemnatio.in reg.cui licet.nu.6 8
¶ Acceptatio facienda eſt,coram executore.de conceſſ.præben.c. quia cunctis.nu.25 110
acceptatio poteſt fieri per procuratorem,ſicut & electiō.de cōceſ. præben.c.decaptande.nu.2 111
acceptatio facta de beneficio quo non erat dignus acceptans, an ualeat de conceſſ.prẹb.c.decaptandæ.nu.4. eo.
acceſſorium ſequi naturam ſui principalis,conſentaneum eſt,in reg.acceſſorium.nu.1.& 5.Et quid de parte ad partem,ibid. 3
Acceſſorium quando recedat natura principalis.ibid.nu.2
acceſſoria videntur transfuſa in iudicem appellationis per delationem principalem.de appel.c.cum appellationibus.nu.2 86
acceſſoria diiudicantur ſecundum principalia.de hęre.ca. cum ſecundum.nu.5 141
acceſſorii conditio ſequitur principale.de priuilegiis.cap. volentes. numero 2. 148
acceſſorium tollitur principali ſublato.de pœnis.c.felicis.nu.14. 154
accuſator qui monitus non proſequitur,extra ordinem punitur.de ele. c.ſtatuimus.nu 13. 19
accuſatori dantur duæ dilationes in capitalibus reo tres.de excep.c.pia conſideratione.nu.10. 75
accuſandi ius ademptum notatis de calumnia.in regu.ſemel malus.numero 2. 88
Ex accuſatoribus pluribus quis potius præferendus.in regu. non eſt ſine.numero 9. 50
acta dicuntur omnia quæ in cauſa aguntur.de ele.c.quamuis.nu.1. 25
agere qui poteſt,poteſt & excipere.in reg.qui ad agendum.num.1. 72
agere aut appellare licet,quis non teneatur in cauſa propria, ſi tamen agit perſonali,vel appellat ante ſententiam, debet cauſam exprimere,vt tollatur incertitudo.in reg.acceſſorium,num.13. 3
ad agendum,an admittatur,qui repellitur ab excipiendo.in regu. mora ſua.nu.19 43
actio ſemel extincta,an reuiuiſcat.in reg.non præſtat.nu.11 53
actio vna quænam non tollatur per alteram.in reg.generi.nu.4. 25
actionem tantum habens ad rem immobilem ſatiſdatione oneratur. in reg.ignorantia.nu.4 26
actionem habere,longe minus,quam rem.in reg.ignorantia.nu.3. eo.
actio licet ſit nata ſolutio,vel præſtatio dilata eſt in diem ita, q̄ prius agi non poteſt.de conceſ.preb.c. deteſtanda.nu 3. 112
actio an tollatur ipſo iure per electionem,alterius præiudicialis, an per exceptionem.de poſtula.præla.c.perpetuo.nu.3. 18
actio vi bonorum raptorum competit vna re rapta.Ne cler. vel mona. c.ſtatutum.nu.2. 138
actio non ſemper ſapit naturam eius, in cuius locum ſupponitur. de iureiurando.c.ſi laicus.nu.7. 145
actor an poſsit lite finita conueniri per literas impetratas a reo ad alios iudices lite pendente.de reſcrip.c.diſpendia litium.nu.5. 9
actor & reus,ſi ſint eiuſdem diœceſis,ille locus eſt competens in cauſa appellationis,qui congruis in cauſa principali.de reſcrip.c.ſtatutum: numero 6. 12
actor ſi fauorabilem cauſam fouent item & reus, ille præfertur qui fouet fauorabilem.de priuil.c.volentes.nu.4 148
actio noxalis,& de peculio ſapiunt in quibuſdam naturam realium.de procur.c.ſi duo.nu.3. 60
actio de re aliquando pertinet ad plures omnes diuiſim agere poſſunt. de ſent.& re iudi.c.abbate ſane.nu.2. 79
actionem ſi quis non habeat ipſo iure,an per exceptionem infirmetur. de offi.& pote.iud.c.iudex.nu.2. 49
actor dicitur qui ad iudicium prouocauit.de do.& contu.ca. actor qui. numero 1. 68
actor an iurare debeat primo,vel reus.de iuram.calum.ca. ſi de calum. numero 2. 66
actor non habet exprimere diem in libello, vel locum contractus. de ſent.& re iud.c.abbate ſane.nu.8. 80
actor quomodo fiat ex reo.in reg.ſine poſſeſſione.nu.7. 93
actoris & rei diſcrimen.in reg.cum ſunt partium.nu.1 14
actorem a iudicio,an repellat excommunicatio ſuperueniens. in regu. factum legitime.num.24. 25
Actorem uel ſindicum non eſſe vel inhabilē eſſe equiparantur.De offi.

ordinarii nu.4. 54
Actus defunctorum non ſuſpenduntur, ſicut viuentium. De conceſ.præben.c.quia cunctis.nu.24. 110
Actus omnis qui ſine communione alterius nõ procedit interdictus eſt excommunicato. De excep.c.pia conſideratione.nu.11. 75
Actum requiſitum ad aliquid efficiendum, de facto fieri ſufficit, quãuis de iure non teneat in reg.non præſtat.nu.8.& 10. 53
Actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem. in regu. actus leg.nu.1. 3
Actuum iudicialium ſubſtantialia quæ dicantur. Et quis in dubio prætermiſſe præſumatur. Et vnde id potiſſimum colligatur. in reg.cum ſunt partium.nu.11. 14
¶Ademptio legati non confirmat legatum inutile. De præb.ca.non poteſt.nu.7. 107
Adhærens alicui vnus ſpiritus eſt cum illo. De ele.c.vt circa.nu.6. 22
Adiudicatio etiam in dubio fieri debet illi qui validioribus actionibus vtitur. De conceſ.præb.quia cunctis.nu.17. 110
Adiudicatio fit etiam in actionibus mixtis. De conceſſ.præb.c.quia cunctis.nu.16. eod.
Adminiſtrator bonorum eccleſiæ de cõtractu per ipſum celebrato teſtificari poteſt. De teſti.& atteſta.c.roma.nu.3. 72
Admiſſus & approbatus, ſemel, an poſſit poſtea & inde improbari & reiici.in reg.mora ſua.numero 17. 43
Adoptiuus filius vxorem patris adoptantis ducere non poteſt.in reg. factum legitimè.nu.2. 22
Adulter vxorem alterius qui ſciens cognoſcit, iuris mariti eſt violator. in reg.fruſtra.nu.11. 24
Adulterium, iure ciuili punitur capite.in reg.fruſtra.nu.13. eod.
Adulterium an incurrat ignorans. Et an delictum requirat dolum.in regu.cum quis in ius.nu.11. 9
Adulterium potius præſumi de iure canonico, quam matrimonium in electo, in reg.infamibus.nu.11. 29
Aduocatus ſalarium promiſſum a clientulo, etiam ſi non procedat, impeditus a clientulo, petere poteſt.in reg.contractus.nu.10. 6
Aduocatus cœpto negotio & inita defenſione, ſalario carere non debet, eo quòd negotium non fuerit expeditum, modo per eum nõ ſteterit. Et quid ſi aduocatus cuiquam locarit operas ſuas vſque ad annum, & ille moratur.d.reg.contractus.nu.6. eod.
Aduocatus qui fuit in vna cauſa, an in eadem poſſit eſſe iudex.in regu. cum quid vna.nu.3. 12
Aduocato locanti operas an caſus fortuitus noceat.in regu. contractus nume.14. 6
Aduocatus meus in principali poteſt eſſe aduocatus contra me in cauſa appellationis. De teſti.& atteſta.c.roma.nu.1. eo.
Aduocati dicuntur defenſores. De elec.c.generali.nu.1. 26
¶Afficio multa ſignificat. De reſcr.c.tibi qui.nu.2. 14
Affirmatiua quõ probari poſſit. De confeſſis.c.ſtatuimus.nu.4. 70
¶Agens reſtitorio iudicio contra eum qui iure cõi vtitur debet docere de titulo. De reſti.ſpol.c.ad decimas.nu.2. 68
Affirmatiua poſt negatiuam, an ponat, vel potius priuet.in reg.peccatum.numero 1. 62
Alapam qui dederit, qua pœna puniendus ſit.in reg.delictum perſonæ. numero 14. 17
¶Album propoſitum corrumpens tenetur ex edicto.de ele.c.ſi poſtquã numero 5. 35
Alienare qui poteſt me inuito id poterit me abſente, vel ignorante. De elec.c.ex eo.nu.1. 34
Alienationem qui facere poteſt voluntariam, non protinus neceſſariã faciet.in reg.factum legitime.nu.14. 22
Alimentorum tranſactio trib.conſtare debet quorum uno obmiſſo, an valeat.in reg.infamibus.nu.10. 29
Aliquota quid ſit. In epiſtola Bonifacii.nu.24. 4
Alter ſine altero nil poteſt quando duo dantur non inſolidum ad aliqd agendum, puta delegati vel arbitri. De appel.c.a collatione.nu.5. 89
Alternatiue eligens, pro non eligente hr.in reg.in alternatiuis.nu.5. 27
¶Ambire eſt cupere & maxime honores. De reſcr.c.quia per.nu.1. 10
Ambitio & inconſtantia reprobantur in clericis. de obiu.c.cum in tua, numero 5. 18
¶Annus apud latinos incipit a Ianuario.de reſer.ca.ſi propter.nu.4. 11
¶Apoſtoli unde dicantur. De appel.c.cordi nobis.nu.10. 82
Apoſtoli non ſunt neceſſario petendi in inſtanti appellationis. De appellatio.c.ab eo.nu.2. 87
Apoſtolorum datio qñ debeat in ſcriptis fieri. De ap.c.ab eo.nu.3. eod.
Appellans quando nõ proſequitur neque appellatus ad petitionem tertii cuius intereſt, non procedetur cõtra appellatum, niſi prius citetur De elect.c.ſtatuimus.nu.14. 20
Appellans debet eſſe ſolicitus colligendo acta & offerendo illa notariis & cauſam introducendo. De elect.c.cupientes.nu.3. 29
Appellans eſt exemptus a iuriſdictione iudicis a quo etiã abſente appellauit. De appel.c.appellatio.nu.2. 89
Appellanti, quod nulli obeſt, & ſibi prodeſt concedendum eſt.d.reg. in alternatiuis.nu.6. eod.
appellari non poteſt a ſententia habente vim rei iudicatæ.in regu. decet conceſſum.nu.9. 19
appellari poteſt a delegato officialis ad epiſcopum, vel ad ipſum officialem. De conſue.c.non putamus.nu.2. 17
appellaſſe ſoli videntur quorum nomina libellis comprehenſa ſunt. De ele.c.ſtatuimus.nu.11. 20
appellatio in cauſa electionis, vel beneficii tunc demum intimanda eſt parti quando non fuit præſens in eius interpoſitione. De elect.c. quoniam.nu.3. 41
appellatio ſi ſit interiecta ante ſniam ſi pronuncietur male appellatum nunquid iudex primus reaſſumet caſum. De reſc.c.ſtatutum.nu.7. 12
appellatio diſſoluens ſententiam omnia reducit ad ſuum ſtatum. De electio.c.quarteſ.nu.3. 23
appellatio præcedens in quib.caſibus tueatur appellantem, & ſequens non. de ſent.exc.c.cum medicinalis.nu.9. 137
appellatio an tantũ ſi dubitetur omnia ſunt in ſuſpenſo. De appel.ca.ſi a iudice.nu.1. 89
appellatio an impediat ſepulturam. De vſur.c.quamquam.nu.8. 145
appellatio extraiudicialis eſt multiplex. De app.concertationi.nu.3. 89
appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene tenetur ſi non fiat fraudulenter. De appel.c.appellatio.nu.1. eo.
appellatio facit appellantem exemptum a iuriſditione iudicis a quo appellauit. De appel.c.ſi a iudice.nu.3. eo.
appellatio extra iudicialis reuocat factum. De appella.c.concertationi. numero 1. eod.
appellatio una reſpiciat ne omnia præterita: Et vna petitio, multas actiones.in reg.pluralis locutio.nu.3.& 3. 66
appellatio vnica a duabus ſniis, an ſufficiat, an vero vtraque ſnia ſuam ſeorſum & particularem requirat appellationem.in reg. pluralis locutio.nume.2.& 4. eod
appellatio num impediat pronuntiationem inchoatam? in reg.cum ſint. partium.nu.8. 14
appellationis fauor tardus propter temporis anguſtiam refutatur. in regu.imputari.nu.6. 27
appellationis extraiud.interpo & proſequendæ a iure, an ſtatutus ſit terminus.in regu.in alternatiuis.nu.7. 27
appellatus ad aliud non tenetur quam ad proſequendam cauſam, vel articulum appellationis. De app c.cordi.nobis.nu.6. 81
appellans a diffinitiua ſi infra terminum præfixum non proſequitur rata manet ſententia. De appella.c.cordi.nobis.nu.9. eo.
appellans an poſſit ſimul proſequi iniuſtitiam & nullitatem. De ſent. & re iud.c.& ſi ſententia.nu.1. 80
appellans poteſt redire ad iudicem qui male detulit re integra. De appella.c.cum appellationibus.nu.8. 86
appellans poteſt renunciare appellationi. Et aduerſario inuito redire ad iudicem a quo.nu.10. De appel.c.cum appellationib.nu.9.& 10. eo.
appellans ante ſententiam non poteſt proſequi, niſi cauſam in appellatione expreſſam. De ſent.exc.c.licet.nu.1. 167
appellanti non tradens de apoſtolis an ſit puniendus. De appell.c. vt ſuper.nume.1. 85
appellanti ſicut licet renunciare poſt appel. ita & iudici reuocare. De appel.c.ut ſuper. num.2. eod.
appellari an poſſit poſt decem dies a grauamine iudicis. De appell.c.romana.nu.3. 84
appellari non poteſt a ſententia Papæ imperatoris præfecti pretorio & ſenatoris. De appel.c.roma.nu.17. eod.
appellatio in beneficialibus, q̃ deuoluat & citet æquitatem habet in Papa. De elec.c.is qui contra.nu.1. 31
appellatio an valeat ſi a ſuperiore poſtulati requiſito per poſtulantes, vt illum concederet & quia id facere noluit ipſi poſtulantes appellarunt. De elect.c.ſi electio.nu.2. 33
appellatio & recuſatio parificantur. De iura.cal.c.in appel.nu. 2. 66
appellatio quando non valeat ſi generaliter appellatur. De ap.c.romana numero 9. 84
appellatio quę non valet ſuo iure: an valeat iure relationis. De appel c. cum appellationibus.nu.5. 86
appellatio facta nomine capituli an tueatur ſingulos canonicos. De ſenten.excom.c.romana.nu.4. 161
appellatio iuſtificari non põt quando eſt appellatum ante diffinitiuam niſi exactis iam habitis. De ſent.exc.c.venerabilibus.nu.3. 163
appellatio ab interlocutoria ſicut iuſtificari non poteſt niſi ex cauſa expreſſa ita & excommunicationis ſententia iuſtificari non poteſt niſi ex cã expreſſa De ſent.exc.c.cum medicinalis.nu.24. 158
appellatione pendente ſtatus appellantis remanet integer. De ſent.exc. c.ſolet.nu.6. 159
appellationem præceſſiſſe ſi conſtat: ſed dubitatur an ſit iuſta ſit abſolutio ad cautelam cum cautione tamen de ſatisfaciendo ſi apparebit iuſtam fuiſſe ſententiam. De ſent.exc.c.ſolet.nu 2. eo.
apprehenſio bonorum hæretici eſt facienda per perſonas publicas non priuatas. De hæret.cum ſecundum.nu.3. 161
¶Aquæductum habentes nõ debent attenuare matrices fiſtulas. De præben.c.quamuis.nu.3. 107

¶Arbiter

¶Arbiter quot modis accipiatur.de off & pot.iu.c.ab arbitris,nu.1. 51
arbitri omnes quando ſunt præſentes,& vnus non vult cum aliis concordare etiamſi dicat ſe non inſtructum alij,qui concordant pronūciare poſſunt.de arb.c.vt quæſtionibus.nu.1 62
Archidiaconus viſitans archidiaconatum, an percipiat diſtributiones. de cler.non reſi.c.conſuetudinem,nu.1 93
archiepiſcopus dat remiſsiones ad fabricam eccleſię ſuæ.de reſcrip.c.ſi propter.nu.7 15
archiepiſcopus & quilibet epiſcopus omnem iniuriam ſibi illatam tangentem eccleſiam iudicare poſſunt.de pœn.c.romana.nu.2 153
archiepiſcopus ſi committat in conſecrationem,an ſit ſuſpenſus,& nō conſecrans.de ele.c.prouida.nu.1 40
archiepiſcopus ſubditum remittit ad ſuffraganeum ſtatuens ſibi terminum competentem quo ſubdito iuſtitiam reddat,quo elapſo ſi id nō fecerit,ipſe diffiniat.de ſup.neg.præl.c.romana.nu.2. 42
archieps,& metropolitanus differunt.de off.ordi. c.pręſenti.nu.5. 53
archiepiſcopus non eſt competens iudex cum excommunicatur ad petitionem partis.de ſent.exc.c.venerabilibus.nu.4 163
archiepiſcopus vel eius officialis quomodo poſsint dare quæſtoribus poteſtatem citandi.de pen.c.romana.nu.1. 153
archiepiſcopus quando cogat epiſcopum vt procedat,& puniat.de cēſi.c.romana.nu.4 127
argumentari non licet ab iis,quæ de neceſsitate contra iuris prohibitionem ſunt conceſſa.in reg.in argumentum.nu.21 28
argumentum ab etymologia.Et vnde lex dicatur.in regu. nemo poteſt. nume.8 46
argumenta an ſufficiant,vbi non ſit cuiquam præiudicium . in reg.non licet.num.8 52
argumenta de tanquam.in reg.cum quid vna,nu.8 12
articulos contrarios formans repellendus eſt.de iureiur.c.cum in poſitionibus.nu.1 73
articulus quid ſignificet.de teſti.& atteſta.c.præſentium.nu.13 71
¶Attentatorum reuocatio habet viam ordinariam per libellum,& extraordinariam per officium iudicis.de appel.c.non ſolum.nu.3. 87
athleta vnde dicatur.de reliq.& vene.c.glorioſus.nu.1. 129
¶Audacia quid ſit.de cenſi.c.exigit.nu.2 127
Audire & docere,correlatiua.& an diuerſa. in regula cum quid prohibetur.nu.7.9. 11
Audiendus ne ſit , qui vindictę domus ſuæ commodum pecuniarium præponere non erubuit.in reg.fruſtra.nu.16 24
Auguſta ac participet priuilegium principis,qui ſolutus eſt legibus . in regu.cui licet.nu.18 8
Auxilio egent,quæ de nouo emergunt.in reg.fruſtra.nu.5 24

B

BAnnum poteſt præmitti,q; omnes fœneratores alienigenę infra certam diem exeant terram ſub certa pœna . de vſur.c.vſurarum.nu.7 144
Baptiſmum conferunt hæretici, in reg. ex eo non debet . nume.2 22
Baptiſmi ſubſtantia eſt aqua,& forma euangelica.de cog.ſpiri. c.nedū. nume.4 133
Baro ſi vendat terram interdictam non per hoc tollitur interdictum . de ſen.exc.c.ſi ſententia.nu.2 168
Bellorum ſeptem ſunt genera.de homi.c.pro humani.nu.7 193
¶Benedictio an quolibet die dari poſsit,& an ſit iterabilis.de elec.c.indemnitatibus.nu.1. 39
beneficium large ſumitur.in reg.decet conceſſum.nu.1 17
beneficium petendi conceſſum propter indiuiduitatem in vna parte, vel in vna perſona,an extendatur ad aliam.in reg.in pari delicto.numero 5 36
beneficium per dignitatem quæſitum,durat etiam deficiente dignitate. & idem iudicium de his, in quibus ius quæſitum retinetur , ceſſante cauſa.in reg.decet conceſſum.nu.3 17
beneficium principis, quomodo accipiendum.in reg.quæ a iure exorbitant.nu.1 70
beneficium curatum,ſeparabile eſt a non curato,ibid.nu.12
beneficiorum acceptorum gratulatio duplex.in coronyde,datum Romæ.nu.30 97
beneficia perſonalia licet pereāt cum perſonis, tamen beneficia vel immunitates conceſſę locis tranſeunt ad poſteros.de priui. c.cum perſonæ,nu.9 150
beneficia ſi ſint in diœceſi,licet non ſint de iuriſdictione epiſcopi , an includantur in generalibus verbis.de reſcr.c.ſi propter.nu.3 11
beneficia plura poſſunt pro vno permutari.de re.per.c.licet.nu.3. 215
beneficia electi in curia non vacant in curia,ſed vbi ſunt.de ele. c.commiſſa.nu.1 36
beneficij quotieſcunque ſunt plures petitores,cautum eſt exigere cautionem a vincente.de concel.præb.c.quia cunctis.nu.3 109
beneficio priuatur veniens contra fidei interpoſitionem nulla neceſsitate compulſus.de ſepul.c.animarum.nu.3 219
beneficio quis non debet decipi.de off.leg.c.præſenti.nu.2 53
beneficiorum pluralitas eſt nomica canonibus.de ſen.exc. c.ſi ciuitas. nume.6 168
beneficium in curia vacare dicitur,quod ibi renunciatum eſt per procuratorem,licet conſtituens non ſit in curia.de præb.c.licet.nu.2. 94
beneficiū ſi per ſtatutū ita habet ordinē annexum, quod conferri nō debet niſi ſacerdoti,bene confereretur impetranti , qui ēt non eſt in ſacris,ex ipſius reſcripto ſtatuta tolluntur.de pręb.c.ſi cui.nu.5 106
beneficium pingue habens ſi permutat cum eo,qui habet tenue,an hoc ipſo videatur fraus eſſe probata per eum,qui expectat in pingui . de re.per.c.licet.nu.6 115
beneficium vacans ſi plures habentes literas generales in ciuitate , vel diœceſi,licet ſub diuerſa data,petant.obtinebit is cui primo conferetur.de concel.præb.c.executor.nu.1. 113
beneficium quandoque eſt debitum,ſed non affectum.de concel.pręb. c.ſi capitulo.nu.1. eo.
¶Bigamus monachari poteſt ſecularis, licet non poſsit fieri ſacerdos. in reg.delictum perſonę.nu.10.13 17
Bigamum ſcienter eligens , num incurrat pœnam,& priuetur electione.in reg.odia reſtringi.nu.8 60
bigamię pœna,an contingat ex matrimonio,quod non tenet . in regu. non pręſtat.nu.5 56
Bigamię pęna an puniatur quis propter intentionis affectum,cum opere ſubſecuto.in reg.cum quis in ius.nu.6 9
¶Bona plura paucioribus potiora.de hęre.c.filij.nu.3 136
Bona non ſunt vacantia,nec apprehendi poſſunt antequam ſit pronunciatum ſuper crimine.de præſcri.c.ſi quis.nu.5 77
Bonęfidei poſſeſſor fructus ſeparatos , licet non reconditos facit ſuos. de reſcri.c.ſi propter.nu.10 11
Bonifacius quarrus obtinuit ab Auguſtino imperatore,quod eccleſia S. Petri eſſet caput oīum eccleſiarum.de ele.c.fundamenta.num.6. 30
Bonifacius vnde dicatur.in epiſt.Bonifacii.nu.15. 3
Bononia quando cepit habere ſtudium.in ſalutatione epiſtolę Bonifacii.num.3 2
Bonorum appellatione quid contineatur.de teſta.c.ſi pater.nu.1. 116

C

CAlendis ſi ſtipulor,intelligitur de proximis, de pręben.c.mandato.nu.2 96
Canonica an debeatur de relictis eccleſiæ tantum , apud quam ſepelitur.de ſepul.c.cum quis.nu.1 110
Canonicatus ſi mandatur conferri , & apparet prioritas, pręfertur primus.de reſcri.c.duobus.nu.1 16
Canonica etiam decimarum debetur de iure communi.de verb.ſig. c. veniens.nu.7. 171
canonici ſoli cum pręlato faciunt capitulum.de ele.c.ex eo.nu.5 34
Canonicorū regulariū eccleſiæ dicuntur etiam monaſteria ibi.num.2.
Canonicorum regularium loca & eccleſiæ dicuntur monaſteria. de regu.& tranſe.c.is qui.nu.1. 127
Canonicus eccleſię collegiatę ſi ſit potior canonico eccleſiæ cathedralis,non tamen poterit delegari.de reſcri.c.ſtatutum.nu.17. 12
Canonicus vnde dicatur.de ele.c.ſtatuimus.nu.8 19
Canonicus qui procuratorem conſtituit ſi ſit mortuus , an procurator ceſſare debeat.de ele.c.ſi quis nullo.nu.4 40
Canonicus poſt habitam præbendam,tenetur promoueri ad ſacerdotium.in reg.inſpicimus.nu.2 38
Canonicus vocatur non a perceptione prouentuum,ſed a titulo.in reg. ignorantia.nu.6 26
Canonici receptionem neceſſariam faciunt excommunicati.in reg.factum legitime.nu.15 22
Canonici vacantis eccleſiæ,ad electionem vocantes non vocandum, ſi quem eligant eo nō expectato,tenet electio.& quid de compromiſſario voluntate ſcrutante vota compromittentium.in reg. acceſſorium.nu.7 3
Capellani ſi ex priuilegio papæ debent intereſſe electioni epi.licet per 40.annos eccleſia non vacauerit,non perdunt ius eligendi . de conſue.c.cum in tua.nu.1. 18
Capellani non poſſunt perdere ſeruitutem niſi canonici acquirāt libertatem.de conſue.c.cum in tua.nu.2 eo.
Capitula,quę vacationis tempore male miniſtrant bona cōmunia peccant,tamen non incurrunt pœnā conſtitutionis c.quia ſępe.de elec. c.quia ſępe.nu.1 38
Capituli nomine generaliter poſito ſingulares perſonę ipſius capituli deſignantur.de ſen.ex.c.ſi ſententia.nu.7 168
Capitulum non ſic exorbitat in eligendo,ſicut vna perſona.de off.leg. c.deliberatione.nu.1 53
Capitulum vacante ſede adminiſtrat temporalia, & ſpiritualia.de maior.& obe.c.epiſcopali.nu.2 58
Capitulum an poſsit viſitare,& debeat procurari vacante ſede. de ſup. neg.præla.ſi epiſcopus.nu 1 43
Capitulum non poteſt ſede vacante alienare res neque perſonas. de cle-

Index.

ctio.c.ſi abbatem.nu.3. 37

Capitulum quare non conferat beneficia ſpectātia ad collationem epiſcopi.de elec.c.quanquam.nu.1. 31

Capitulum an poſsit præſcribere conſilium epiſcopi rationem diuerſitatis reddens.de conſue.c.non eſt.nu.3. 17

Carcer ad continendos homines non ad puniendos haberi debet. de pœnis.c.quamuis.nu.2. 154

Cardinales in ſuis eccleſiis habent ius epiſcopale.de ma. & obe. c.epiſcopali.nu.3. 58

Cardinales an debeant aliquid recipere de camera pendente prouiſionis negocio.de elec.c.ibi periculum.nu.10. 22

Cardinales ſunt patricii ſcripti in diademate principis .de ſciſmaticis. c.ad ſuccidendos.nu.1. 142

Cardinales ſi duo tantùm ſuperſint , an alter alterum eligere poſsit in papam.& nu.8 in reg.in toto.nu.7. 38

Carmelitæ ſunt inter mendicantes numerandi.De elec.c.quorundam . nu.4. 32

Caſus euentícii non ſunt pōderādi de offi.le.c.deliberatione.nu.2. 53

Caſus omiſſus a teſtatore habetur pro omiſſo.de reſcriptis.c.ſuſceptū . nu.3. 9

Caſtitatem etiam ſeruant coniugati,ſi illibatum ſeruant matrimonium hoc eſt,ſi uterque altero,ſolū & honeſtè.in reg.ſemel Deo.nu.3. 87

Caſtus quis ſit.In rub.de ui.& ho.clerico.nu.1. 92

Catechiſmus quid ſit.in reg.ex eo non debet.nu.6. 22

Caſus dubius in quā partem interpretandus.in reg.inſpicimus.nu.3. 38

Catechizare quid ſignificet.de cog.ſpir.c.per catechiſmum.nu.1. 13

Cauſa inimicitiarum uel nimii fauoris debet ſpecificari.de appel.c.legitima.nu.1. 83

Cauſa eſt ſpiritualis quando agitur de proprietate eccleſiæ: de eo qui mit.in poſ.c.eum qui.nu.4. 69

Cauſa iuſta intelligitur excepta a quocunque edicto.de offi.vica.romana nu.2. 46

Cauſa licet per appellationem deferatur ad Papam,non tamen poteſtas conferendi beneficia.de appel.c.non ſolum.nu.7. 87

Cauſa neceſſario aſtringens perfertur voluntatię & longe plus fauoris habet iure.de reſcriptis.c.duobus.nu.5. 16

Cauſa beneficialis dicitur grauis.de ele.c.ut circa.nu.10. 22

Cauſam iuſtā habēs non veniēdi ad iudicē ſi uenire dēt uel mittere ad allegandum priuilegiū ſuum.de ele.c.ſi poſtquām nu.3. 35

Cauſæ iuſte appellationis non ſunt omnes iis iure expreſſe.de appellat. c.romana.nu.15. 83

Cauſæ cognitio & decretū debet interuenire in alienatione rerū pupillirēt ſi ſint mobiles.de reb.eccle.non alie.c.dudum.nu.6. 114

Cauſa duobus delegata,cum clauſula:quòd ſi ambo,alter ipſorum delegationi renunciat, an eum ipſum hoc nomine pœnitentem collegā debeat admittere in reg.mutare detrimentum.nu.2.4.6.8. 45

Cauſas plures cumulare an liceat in cā appellationis interiectæ ad diſſinitiuam. Et quid in cauſis principali.in reg.nullus pluribus.nu.2.

Cauſis ſufficienter multiplicatis,& effectus multiplicari poſſunt.in reg. generi.nu.3. 55

Cautella eſt proprie futurorum.de ſen.ex.c.ſolet.nu.10. 160

Cæcus ſi commiſerit maleficium,propter quod oculus debeat erui,debet puniri in alio membro, propter pœnæ impoſsibilitatem.in regu. nemo poteſt.nu.5. 46

Cęptum,an habeatur pro impleto.in reg.cùm ſunt partium.nu.4.6.14

¶ Celebrans in loco interdicto & ſciens illum interdictum ab homine uel a iure licet id non ſit publicum per denunciationem tenetur . de ſenten.excom.c.is qui.nu.1. 169

Cæleſtinus ſtili romanæ curię modicum expertus fuit . de præb.c.quodam.nu.1. 107

Cęlum & cella in quib.conueniant. de uerb.ſi.c.priuilegium.nu.2.172

Certum dicitur q dubitatione caret.de præb.c.ſi beneficia.nu.1. 101

Certum aliquid eſſe uel leuiter poſſe fieri paria ſunt.de uerb.ſi.c.conſtitutionem.nu.5. 172

Cæſaris præceptum ferendū eſt.de hære.c.ut officium.nu.3. 138

Ceſsio beneficii facta per archipresbyterum in manibus presbyteri ad inſtar confeſsionis: & ipſius renuntiationis acceptatio ad inſtar ſententiæ,an ualeant in reg.non firmatur.nu.2.5.& 6. 51

Charitas bene ordinata ,a ſeipſo ne incipiat , an ſolùm inter duos eſſe poſsit in reg.quod ſemel.nu.11.

Charitatis commendatio,quæ eſt inimica ambitioni.in corony de,datū Romæ.nu.34. 91

¶ Chriſma:oleum ſanctum:cōſecrationes baſylicarum: & ordinationes clericorum & his ſimilia ſunt a diœceſanis epiſcopis poſtulanda. de priuilegiis.c.uolentes.nu.7. 148

Chriſtus eſt caput eccleſiæ.de reb.eccle.c.hoc conſultiſſimo.nu.7.114

Chriſtus eſt attollendus pp tria.de immunita.eccle.c.decet.nu.3. 130

¶ Cœmiterū qñ dicatur uiolatū.de conſe.eccle.c.ſi eccleſiam.n.1. 129

Citatio licet ppetuo:auditur tñ poſtea exceptio.de appe.c.rom.n.5. 84

Citatio facta de die feriato ad diem non feriatum an valeat.de iudiciis c.romana.nu.3. 63

Citatio qñque dicitur ſententia.de iudiciis.c.romana.nu.5. eo.

Citatio probanda eſt legitimè.de pręb.c.ſi tibi.nu.5. 108

Citata ſi pars fuerit ad certum locum ſi iudex alio loco procedat parte pręſente tenet proceſſus.de elec.c.quoniam.nu.4. 41

Citari an quis poſsit extra territorium.de iudiciis.c.romana.nu 2. 63

Citatus ad diem feriatam non tenetur uenire etiam fauore hominum . de appel.c.romana.nu.19. 85

Citatus ſemel qui non excipit de loco non idoneo an ſit iterato citetur poſsit excipere.de off.& pote.iud.c.ſtatuimus.nu.2. 48

Ciues licet poſsint legem municipalem ꝰ ius ſtatuere:non tamen in pręiudicium principis:uel alterius.de appel.c.licet.nu.11. 91

Ciuilis ratio naturalia iura perimere non poteſt.de homic.c.pro humani.nu.6. 193

Ciuitas quid ſit:item & uilla & oppidum.nu:3 .& 4.de ſenten.excō. c.ſi ſi ciuitas.nu.1.2.& 4. 168

Ciuitas uel uniuerſitas an poſsit ſibi eligere perpetuum rectorem . de electio.c.fundamenta.nu.11. 32

Ciuitas appellatione an locus uel perſonæ ponderentur . de ſenten. excom.c.ſi ciuitas.nu.2. 168

Ciuitas,uilla,ſiue caſtrum tenetur pręſtare damnum ſeu prędam factā in ſuis diſtrictu & finib.vbi & negligentia rectorum nocet eiuib. in reg.non debet aliquis nu.4. 47

Ciuitatis appellatio an includat diœceſim.de pęnis.c.felicis.nu.11.

¶ Clariſsimus in raptu uirginis depręhenſus ubi reſpondere teneatur.de appel.c.cum appellationibus.nu.7. 86

Clauium poteſtas non contemnenda.in reg.non præſtat.nu.7. 53

Clemens tertius primus fuit qui expreſsit hoc uerbum.ad cautelam.de ſententia excō.c.ſolet.nu.11. 160

Clemente quarto mortuo uacauit eccleſia annis tribus,menſibus duobus & diebus decem.de electione.c.ibi periculum.nu.1. 21

Clericus litigans cum epo:an poſsit vrgere ipſum epiſcopum appellātem ad perſonale iter ad curiā.de appel.c.cordi nobis.nu.11. 82

Clericus & maximè pręlatus dēt p ſe ſeruire.de elec.c.cū ex eo.n.4.34

Clericus non mutat forum ratione feudi.de cleri.cō.c.clerici.nu.1. 92

Clericus qui fuit impeditus dicere horas propter grauem infirmitatē: an teneatur eas poſtea reducere & pœnitentiam agere:de cleri.non reſi.c.conſuetudinem.nu.4. 93

Clericus negotiator ut peſtis eſt euitandus.de cenſib.c.q̄q̄.nu.2. 127

Clericus ſuccedens laico cenſetur laicus.de iurepa.c.ſi laicis nu.9. 125

Clericus poſtquam de gradu deciderit eius conditionis eſt cuius fuerat ante gradum.de pœnis.c.degradatio.nu.7. 153

Clericus ſi diuerſorum epiſcopatuum beneficia duo habeat, uti potius obedire teneatur,in reg.in malis.nu.2. 34

Clerici delicto eccleſiæ quomodo præiudicari non debeat.in reg. delictum perſonæ.nu.6. 17

Clerici beneficiati quas domi ſuę mulieres poſsint habere. in reg. ſine culpa.nu.4. 90

Clerici an ſint interdicti quando eccleſia eſt interdicta.de ſen. excom. c.ſi ſententia.nu.8. 162

Clerici an poſsint intereſſe diuinis extraneis eccleſiis priuilegiatis de celebrando tempore interdicti.de ſentati.excom.c.alma.nu.2. 170

Clerici quando poſsint arma mouere.de ſenten.ex.c.dilecto.nu.3.162

Clerici ad collectas non tenentur uocatione gaudent hoſpites non ſuſcipiunt.de bigamis.c.altercationis.nu.1. 47

Clerici orientales uxores ducunt. In rub.de uita & ho.cle.nu.1. 92

Clerici uxorati an debeant a negotiationibus & armis abſtinere.de cleri. coniug.c.clerici.nu.3. 92

Clericorum ſummum & antiquum ius.in reg.non licet.nu.7. 52

Clericorum ſecularium cętus,an uerò monachorum ſit dignior. in regu. delictum perſonæ.nu.12. 17

Cletus papa natione romanus primus in ſuis lr̄is poſuit hāc clauſulā.& apoſtolicā benedictionem.In ſalutatione epiſtolę Bonifacii.num.5.

¶ Coadiutor an detur abbati inutili propter ſenium uel ægritudinem . de ſup.neg.pręla.c.eccleſię cathedralis.nu.1. 43

Codicis compilatio uariè.Et quando,& unde primum edita lex Corne. de falſ.in reg.non eſt ſine.nu.14. 50

Cogitāti parcit q potuit pficere & noluit.de hō.c.p humani.n.11.193

Cognatio quid.in reg.poteſt quis.nu.5. 67

Cognationis tres ſpecies.d.reg.poteſt quis.nu.7. eo.

Cognitio de uſuris ſpectat potius ad uicarium quàm ad officialem ſi iudex utrunque habuerit.de uſuris.c.quamquam.nu.3. 145

Collatio quando eſt communis epiſcopo & capitulo quomodo conferendum ſit.de appel.c.a collatione.nu.3. 89

Collatio ualet ſi executor prius conferat q̄ ordinarius: licet ordinarius ignoret:quod uacet.de conceſ.pręb.c.quia cunctis.nu.13. 109

Collatio quid ſit.de præb.c.cum in illis.nu.1. 98

Collatio tribuit ius in re:& illud eſt fortius quàm ius ad rem.de pręb.c. ſi poſtquam.nu.2. 97

Collatio bñficiorū an ad ſolum pręlatum ſpectet.de reſcr.c.gr̄a.nu.1.9

Collatio ſi hanc adiectionem habeat quod donatarii teneantur præſentare ad uoluntatem alterius,etiam epiſcopi:hæc adiectio non valet. de iurepa.c.ſi laicus.nu.5. 125

